# EVPHORMIONIS LVSININI SATYRICI

*APOLOGIA PRO SE:*

PARS IV.


*CVM SCARABEO,*

Qui libri V. vicem ſupplebit.



*Proſtat apud* IOHANNEM *Schmidlinum Bibliopolam.*

Anno Chriſti M. DC. XXV.



# SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI, Carolo Emanueli, Magno Duci Allobrogum, Gallorum Insubrium Principi, &c. Euphormio S. D.



*VETVSTAS Asylorum (Princeps potentissime) magis tutam improbitatem præstabat, quam iustis solatiis explicabat humanitatem. In iis ipsi dii scelerum custodiam agebant, ad audaciam nouorum facinorum, & infamiam cœli. Nec miramur adulteros, fures deos, tutelas flagitiorum esse factos, sed innocentibus viris pudenda incolumitas videtur, ad alias profugere aras, quā quibus nec insidere improbitas, nec innocentia potest*

*arceri. Talem lucum, tam candido numini sacrum quæsiui in maledicentia quorundam, qui meum Satyricon lacessiuerunt. Nec longe petendus videbatur sub meo Rege viuenti; sed vt illi quoque probarer, quæsiui suffragio tuæ Celsitudinis niti. Tibi igitur (Dux Serenissime) destinaui hanc innocentiæ meæ Apologiam supplicem donec periculum inimicorum erit, & posteaquam vicerimus donarium. Indignares, quam tuæ Celsitudini nuncupem? Sed si quæsiissem fastigio tuo dignum munus, non habebam; si maxime conueniens, istud erat, vt sub auspiciis tuis, Princeps armis & literis inclyte, hanc literariam capessrem pugnam. Quis crederet, inter tot armorum strepitum, tot negotiorum molem quæ omnem Celsitudinis tuæ ætatem exercuerunt, Musas quoque in secretum tuum ausas intrare? Atqui capacissimus animus tuus, & per o*

*mnem*

*mnem eruditionem læuigatus, nuper mihi in sacrario tuo, velut de maturis & ad vera negotia otiosis literis, pulcherrime eluxit. Neque de nostri Numinis penetralibus egressus, alibi syncerius, quam in tuo templo summam, & qualem reliqueram, virtutem adorau. Nunc vero Maxime Princeps te veneror, ne istud votorum meorum exile monimentum de tuis tholis refigas; maxime illa manu appensum, quæ, si tui Iani fores ad nouas laureas recludes, iam se alia Pallade tuæ Celsitudini approbabit. Vale Londini. Calend Septembris. M. DC. X.*

andasimum
inrumentu
[illegible]
[illegible]
insontes
plo[illegible]
exploderet
exsultans
innocentiæ
[illegible]diostinis
nundinæ
conuicium



# EVPHORMIONIS SATYRICI APOLOGIA PRO SE.

INNOCENTEM ludum, & calamitatis ex composito sæuientis imaginem, per veras querelas, profifatum, & indignationem iam non fabulis quæsitam absoluam. Intumescet aliquando pulsatus animus, qui etiam ad vmbram quas effinxerat iniuriarum digna veris doloribus verba inuenit. Sed hoc malis accessit, quod Andabatarum discrimine exerceo in arena. Velato enim capite qui me lacesserant, & quos deuoueam ignoro. Inter tot maledicos, tot

inuidos meæ famæ, nemo ſe obtu
quem poſſem celebri ignominia, v
longa, & apud poſteros duratura m
dignari. E latebris, quem non poſſu
mitari, ignobili inuidia conantur op
mere. Nam magnorum hominum ſe
rus ſum qui Satyrici mei *ſimplicitate*
*nec ad liuorem morſus, pro ſcripti* g
nere & temporibus æſtimant. Nec ali
in callidis aut imperitis aduerſariis h
reſco, quam peſſimam artem ſubor
nandi in odium meũ intactos mihi ta
tum, ſed etiam laudatos contra modu
ſuſceptæ ſeueritatis. Sed non feram d
tius fœdarum auium voces, in candi
ſcriptorum meorum omnia euntes.
dices autem feram ſummos viros, qu
vt ſæuiter traductos in libertatem n
ſtyli ipſo Satyri nomine excitauerunt
Cum exercitam primæ ætatis am
tionem de ſchola attuliſſem, cupidi
nominis & adoleſcentia, commune
gumẽtum ad famam, acrem ſtylum c
tulerunt. Accuſare totum Orbem in
tui inſonti violẽtia, & plus in ſpem p

priæ laudis, quam ignominiæ aliorum. Dissimulatus igitur verecunde mihi ipsi sub Euphormionis nomine prælusi: vt, si noui hominis & vigesimo primo anno scribentis exploderetur mali successus labor, saltem occulti vulneris dedecora alieno titulo exciperem. Euulgatus liber tanta modestiæ lege, vt sibi in neminem priuatim quidquam acerbi permiserit, statim ad famam quodam æstu exultantis fortunæ subuectus est. In eo sub fictis nominibus, quæ ad sustinendas vitiorum personas induxeram, conabar per suauitatem fabulæ multa & disparia flagitia damnare. Nam quid insulsius fuisset, quam suscepta accusatione omniũ, paucos, neq; ex impropioribus perstringere? aut quæ illa periculorum auiditas, si magnos viros gratuitis inimicitiis inconciliassem, pręsertim in luce & discriminibus victurus? Quosdam tamen de notis & spirantibus miscere inter hæc falsa & inania simulachra institui. Sed & facili imitatione nominum prodere, ne per omnia fictam scenam multorum

ſtudia deſtituerent, qui in certam &
uentium criminationem intenti ſunt
iis plus voluptatis aut riſus, quam ſoli
& legitimæ accuſationis, quæſiui.
communi & malo vulgi gaudio,
non per flagitium, obſequutus ſum.

Ecce autem, ne impune fortuna
ueret, primo eorum, qui Euphormi
nem amabant, intempeſtiua diligenti
mox ſedulitate inuidiæ, in omnes ſim
pliciſſimæ ſcripti partes ſolicitæ ſeuer
tatis lege quæſitum eſt. O ridiculum ta
ineptæ ſapientiæ acumen! Omnia ad h
ſtoricam legem cogere, pro libidine ſe
tentiis abuti, perpetuaſque iniurias,
malignam prudentiam cogitare. Ia
Callionis, iam Fabullii nomina, turbu
lento vaticinio certis hominibus deſti
nabantur. Denique quæ communi
peccata ſub priuatis nominibus carpſ
ram, in ſingulares homines à publ
ca criminatione referebant; Hom
num quorundam inepta natio, & e
ſaucii animi liuore cæterorum mode
ſtiam æſtimans. Multi quoque iraſcen

do agnoscebant scelera, & sibi maledixisse inuitum cogebant. Etiam vbi commendaueram virtutem, omnia opinio continuæ atrocitatis corrumpebat. Primus it: que turbo ex hac irrequieti vulgi imperitia concitatus est. Alexandriæ Quæsitorem, non procacitate vlla, aut contumeliam celantibus iocis, sed hilari & ingenua laude prosequutus sum. Habitationis suæ via, materiam laudendi, sua appellatione præbuerat. Indignum itaque dixi, qui inter mala verba habitaret. Hic vero potissimum genus, rudes, & suæ imgeritiæ ignari, ad indigni nomen commoueri, facinus clamitare, quod illi homini conuitiaret: Ex Academia quoque (proh labem seruituris) quidam ad eum perueniunt, monentque, cuiusdam Euphormionis Satyricon illius innocentiam tetigisse. At ipse in mediastinis ignoratæ latinitatis vitium derisit; Euphormionem autem tantilli beneficii memoria amare professus est.

Eodem quoque tempore Callionis,

Percantisque, Fiqulli quoque, & Pedonis nomina, ab otiosis tacita æstimatione iactabantur. Designatos proceres aiebant, & ignominiosis coloribus ad populum velut in tabula esse productos. Sed in neminem vnum lineamenta alicuius imaginis cadebant. Itaque variatis sententiis, neque meæ petulantiæ, neque eiusmodi diuinationis idonea argumenta reperiebantur. Nam & plerumque frustra quærentium labor erat: cum hæc nomina, partim ad argumentum efficta, non alibi, quam in mea scena consisterent; partim autem essent hominum mihi priuata familiaritate cognitorum, sed qui non summis fastigiis editi apud multos latebant. Nam quid intererat describere vitia summorum aut mediocriũ hominum? cum vtrique eadem prauitate sceleribus indulgeant: & sæpe efficaciora nequitię consilia in humilibus videas, dum ambitio ad parandam magnitudinem fœdiora flagitia, quam ad tuendam audet. Nihil dissimulabo in hac simplici pro-

fessione sensuum meorum. Aliquot amici hanc vltionem ingratis animis meruerunt: quibus ad consuetudinem beneuolentiæ receptis, & illorum crimina, & Satyrici mei iracundiam reconciliatio extinxit. Cum in illis vana quædam studia torquerentur, ne Euphormio quidem superstitiosam dilígētiam euasit, quis aut vnde esset, quæ illius Lusinia fabulosa felicitate celebrata, num denique propriis doloribus hanc Satyrici libertatem dedisset, omnia per vanas coniecturas, inter otia literatorum vel inuidiæ curam, pensabantur. Speciem amentiæ, crucemque, & cætera quæ lusi calamitatis mala, præcipue seruitutem, voluerunt imputare, cui me in Callionis familia mea fabula addixit. Sparsa in vulgus chartula erat, quæ omnia Satyrici mei secreta videbatur reclusisse. Inter cætera, mihi quoque dominum mirifica sagacitate inuenit. Is erat, quem ego nullius coloris noui; nisi quo famam in ignoto reuereor. Fortuna liberalius mecum egit; nec vllius

priuati familiam auxi, è paternis in Regiam focis eductus. Ita excusso Satyrico, nullam partem volebant arte aut conuicio vacare. Sed nec omnibus in ciuili iracundia aduersor. Multi in meos sensus candide quæsiuere; digni quibus referam gratias: per quos & vbique iam viuo, neque fatis rapientibus extinguar.

Tandem occidente inuidia, videbar expurgationem habuisse. Galli Germanique mutuis editionibus Euphormionem vindicabant, & vbique sine malæ atrocitatis suspicione tractabar. Solicitatus male fida pace ventorum, ecce iterum soluo de portu, & nauigium vix refectis armamentis in altum perduco. Nondum enim consumpseram impetum, qui me ad ambitum publicæ celebritatis protraxerat: & iam cum præiudicio vocabar ad Satyram. Nouos igitur libros ex eodem cortice excidi. Sed O fatum! non periculosius illum in Alpibus impatientem motus lacum, quam tranquille sedentia seculi vitia agitauissem.

ſem. Præcipue fraudi fuit, quod Gephyrium & Acignianos tetigi. Nec enim æſtimatis argumẽtis paſſim proſcribebatur Euphormio, & ad triſtem literam iudicibus ſatis erat, quod in Satyra Gephyrii nomen & Acignianorum legebatur. Dum illi ſua vitia putant turpiſſime à populo ſuperſtitioſa reuerentia neſciri, hi autem in ſacris hominibus accuſari omnes deos. Non indulgebo imprudentiæ meę, ſi quid procaciter aut cõtumelioſe vllarum partium iudicio peccaui. Nam quod verbum in Gephyrium atrox? quid in tam inuidioſo argumento nõ benigniſſima humanitate diductũ? Occaſione motus qui Marciam nuper erexit tempeſtatis minas deſpexi, quæ hybernum in Adriatico increpuerant. Parricidium aut portẽtum, cum res cernerctur atrocibus ſtilis, Euphormion ẽ, animum ſuum tot horrore fluctuum grauem, tot nugarum indignatione tumentem, exonerare voluiſſe: Sed & tam miti ſtudio, vt Gephyriũ excuſarẽ, quaſi alieno impetu falſis & vanis homi-

nibus

nibus se tantum p æbuissent; Hic
quam vicino incẽdio æstuare italia
totam quæstionem curiosis libellis
cussam, post omnium fœderum reli
nem pugnaturis. Nam piget excusa
insolentem, & toties Gephyriis fu
stam potestatem notaui abdicandi
constituendi principatus. Sed & ibi
cente iracundia videbar languisse, c
tam publicam faciem, tot cædem & 
binum consciam, Gephyriorum m
iactare modestius indigner, quia vn
quisq; sibi fauet, & nulla vis est suau
quam supra se adulationis tormento
tari: illis autem, qui hanc mentem G
phyriis iniiciunt, id est, qui illam fac
ad incendium adornant, non huma
tantum odio irascor, sed aut supra co
munis malitiæ, & quam veluti vsus
cusat iura euntes abominor, aut in
humani acuminis prẹstantiam demis
contemno. Nam quid importuni
quam rescindere vincula reuerenti
primordio terrarũ ipsa Numinis ma
sanctissime astricta, & quod teterrim
pu

puto, tam grandi flagitio inscribere ipsum cœlum? Hæ sacrorum hominum furiæ, quibus ne suæ quidem sententiæ vere placent, non alios sibi conciliant quam ingenia imbecillitati damnata, vel simul .tionem callidiorem ad perfidiam ambitionis pietatis imagine vtentium. Ex ipsis autem religionum administris, p æcipui arcana spe Gephyrios omnia posse voluerunt, quia quo supeibius fluuii excrescunt, eo viuidiores riuulos propagant. At vero paruæ mentes spisso iudicio inter Numen & Gephyrium vix distirguunt. Ecce, ipsam Vibem si placet intueri (nam quos alios Gephyrium sceptris præficere non pudet?) & superbam fiduciam supra suos tumentium colles. Illic mixti vtriusque potestatis fasces, & procul ab hostibus tāta maiestas etiam conscientia aut pœnis compositæ mentes, sciolos illos velut fulmen in Capitolio tenerent, in cōtemptum Orbis attollunt. In iis si paucos excipias, frustra solidas maturasque literas expectes. Non gentium

tium monimentis, non illa ipsa quam iactant Theologia sat neruosis laboribus nituntur. Solum eruditionis tam superbæ, tam fidentis sibi supercilii fundamentum, Iuris Canonici, Praxisque Rom. mediocris & ad fastum suborna-ta cognitio. Hoc est vrbani laboris compendium, quo velut anheli in omnis scientiæ culmen ascendant, *despiciunt* totum Orbem, tanquam soli integri & soli sapientes. Quid mirum si Gephyrii lacessiri tot vocibus, & veluti Luperco Antonio diadema omnium gentium tradente, vincuntur? dulci & pene inuicto malo ambitionis? Hi sunt, inquam, vrbis incolæ, qui suis coloniis pessimorum inuidiam facinorum & exitus forsan atroces per diuersa terrarum concitabunt. Nam & hanc sententiam velut plebiscito iubent in Vrbe veram esse, & à suis vbique propugnari, scilicet inter alta otio securi casuum aut ignari, qui in aliis regionibus superueniunt pertinacibus in Philosophia tam audaci; illam Philosophiam

intelligo quæ sceptra omnia lacessere aliquot Syllogismis non veretur.

Igitur cum hæc discordia non Italiæ tantum sed Orbi incubaret, ad eas partes vna sententia accessi quas boni nullo discrimine religionum sequebantur. Quod si Gephyrium hęc disceptatio intra verborum modestiam casta offendit, saltem Marcianos quo in me sacrilegio erexi? Tam ingenue ciuitatem extuleram, ita cultum & industriam naturæ victricem, vt si vel Corinthus esset, iura ciuitatis expectare post Herculem & Alexandrum possem. Illinc tamen maledicta, & turbulentius inimicitiæ procurrerunt.

Quidam mœstum ingenium supervacua diligentia exercens grauissime tulit, quod immensas laudes, quibus Marciam attollo, ausus essem Satyrica iucunditate signare: ignarus hoc potissimum sale ad posterorum fidem tanta præconia condiri. Optimates priscæ simplicitatis licentiam, inter hodierni scrupulos moris, dicebam, nihil

adul-

adulterata libertate fe... ; neglecto famulatu solam reueré... in circumferre per scaphas posse oleá, vel in prandium carnes nihil violata maiestate deferre. Tam insolenti scil cet maledicto excandescere ille Censor, nec reputatis laudibus, quas prodigus effudi huic parti ii hærere. Cert. aliqui crediderunt offensum, quod ouillam ... Venetiis malam habent imperitus Ædilis probauissem. Sed tam graui castigatus indicio redii in curiosam memoriam tantæ rei, & profecto bubulam ex ossium nodis agnoui. Neq; tantum timori indulgebo, vt in me Marcianorum stricta odia esse putem. Moderatio illorũ nunquam tam facili exæstuans vento de sua pace decedet. Nam si mitem & innoxium damnant iocum, cur theatrali licentiæ indulgent, cur intersunt suis scenis, quæ illos nec dissimulato nomine traducunt? Erumpit barbatus ex aulæo senex, purpureæ tunicæ pullam vestem superducens, hanc vtraque manu collectam in renium sarcinam leuat, & Marcianorum

habi-

habitum profitetur adumbrare. Num ideo comitas proscripta ludorum? num Poetis vel histrionibus tristiori lege detractum? Imo curiosa frequētia ad sunt, & se hilari imitatione productos ipsi sæpe cum populo r[illegible]nt. Adeo publica cauillatio plus habet remissionis quam aculei; vt videaris illi ipsi quem aperto nec flagitioso lacesseris risu, iocandi voluptatem ingenua libertate quæsiuisse. Vna Cynicorum malignitas, & intra latebras susurrantium nefas, leges in maledicos, & magnorum hominum iracundiam extorsit. Etiam beneficium debetis, O quicunq; mores vestros in publico videtis excussos. Hæc libertas, iniquorum & inuidiæ neruum franget; se tantum ad occulta & n[illegible] concessa ludibria tendentem. Astus quoque sibi aliquid consciorum, est iactare suam culpam, & proprio risu alienam licentiam redimere. Nam quis perpetua innocentia candidus, aut se intra gratiarū legem nunquam exerranti venustate poluit? quis de cœlo illam prudentiam dedu-

xit, quam Ioui assidentem, & ideam laborum suorum Pictura & Poesis in artificii æstu intuetur? Nimis superbe dedignatur mortalitatem qui peccasse erubescit. Sed vt primam pulchritudinem in scenis Solis excipimus ad Occidentem obuersi; quippe iugis montium primum in ea parte nondum emersi Solis radio occupatis: Ita virtutum splendorem admiramur in sapientibus, compositi velut ad eorum Occidentem, id est, suorum virorum vmbram, quæ rara & egregiis dotibus concessa, non minus, quam extremæ nubes in picturis nobilibus delectant. Sed & recensitis maculis cætera videmur adorare, in iis quæ numerandis vitiis, immensis autem virtutibus, minus terræ quam syderibus debent.

Marcia felici miserorum exilio erecta in vtriusque naturæ confinium, callidissima virtute, nec minus ingeniosa *fortuna, inuiolatam maiestatem in hoc seculum erexit. Quis neget ciuilium rerum astus illic ad Orbis spectaculum*

eximios

eximios fuisse, inter tam vicinæ & diuersæ potentiæ vices, semper per turbines, & tempestatem exeuntis? Italia variorum principum victoriis occupata est, nec minoribus armis amissa. Eximiæ res Ligurum, & Longobardia ferox felicibus bellis. Super omnia Imperatores quidam vetus nomen, vetus auspicium, veteri quoque ambitu & militia implebant. Sed tam graui multiplicique procella plus terroris prudentiæ Marcianorum calamitatis infusum est. Per tot mala & seruitutem Orbis sospes Respublica & ingentibus inimicitiis superstes, non mirabilior imperio quam libertate fuit. Hanc siue moderatione suorum, siue rigida custodia institutarum legum, nulla tyrannis delibauit. Gentem quoque barbaram, & quæ sui ponderis ruina ad nostra littora prouoluta est, lacessere diu ausa, tandem æquis fœderibus continuit. Quis tantam clementiam fatorum quæ dignos suis beneficiis inuenerunt, aptis præconiis adæ-

quet?

qu  t? Nam opulentiam ciuitatis &
deat a n par um erit facilius m
quam ieiu  a & impari laudatione
re. Tamen & natura suis næuis pulcl
rimum corpus aspe. sit, & iis fortasse
quid ad incrementum respublica
fecit. Nec enim Syllas vel Marios,
Pompeii magnitudinem, & ad suum
tum gentem Iuliam inuenit, quia ib
ue sponte, siue sic instituta ingenia
legum non ægre patiuntur, & humi
spirar  , quam vt fastidium quat
rerum, astum quo plurimum possun
communis potentiæ decus inform
Equidem crediderim ex genio ge
descripta esse iura, quia tot sæculis
ennant; quæ summota pompa non
bitum modo, sed sumptus, & per
inopiam proscripserunt. Vestium ar
tiosa pretia, & inanes comitantium
tus, plusquam lycurgica rigiditas e
be summouit: ne inter pares luxu
æmulatio solidis patrimoniis const
vel liberam ciuitatem tot satellitia
ad imaginem tyrannorum exterre

Vna Optimatibus vestis, non colore, non filo preciosa, idem integumentum capitum, ad externarum gentium iocum, simplex, nullaque noue iteris seculi venustate spectandum. Ipsa solitudine neglecta maiestas; dum patricios videbis nullo stipatore circumagi scapha vicos, & per totum populum errare. Absit huic licentiæ ignominia, sed & conuitium narrationi meæ. Nec mercari, nec mercimonia manu ferre, nobilitatis flagitium est. Illi mores, & seu casu, seu calliditate maiorum felicissimæ nugæ, ita nobilitatis licentiam miscuerunt, vt res eadem & nota libertatis, & custodia esse possit. Nam & optimates in vrbe veluti sua euagantur: nec liberiores domos quam publicum suum habent. Rursus autem tam modestæ magnitudinis lege depressi non despiciunt æquales eminentiæ suspecti, & sectam clientibus plebem emũt. Hoc est grande maledictum, hæc procacitatis immanitas quam in me quisque ille Censor est importuna sedulitate notabat.

At te sancta Respublica, te veræ di
tatis & opulentiæ alumnam veneror
memoriam tot laudum, & Satyrici
neficium tibi vltra suam sortem bl
dientis, insons iocositas extinguat:
dignis nominibus veneratus sum,
mitius tecum quam cum Britannia n
egi. Post tam simplicem & verecunda
defensionem meam, non putabo per
lius inuidiæ maledicta te alienari ab i
nocentia mea posse.

Vtinam me Acigniani tam candi
audirent, qui vtriusque sæculi tribun
lia petentes, nunquam tamen be
conscii animi fiduciam terrebunt.
gens factio, & suæ potentiæ authorib
grauis, lenta vincula, & supra vulca
cos hærentia dolos, territis alteru
metu animis iniecit. Demissionis c
pa per contemptum opum ire ardu
que virtutes, populi credulitatem ad
mnia tenuerunt, & robustiores men
fastuosis viribus tentant, tam sancta p
tentia ad humanum imperium reper
traducta. Hos infamiæ aut egestatis h

ror, hos ſpes alta tam ſuperbe florentibus iunxit. Quippe per virtutis arbitrium ſibi à populo alumniſque commiſſum, ipſi famæ interdicunt, ne ſuis aduerſariis liceat probis aut ingenioſis eſſe. Ad vltimum diuinis & humanis viribus freti, has callidiſſime ſtringunt in illarum contemptores.

Cum his hominibus quę me commiſerint cauſæ, priuatis iniuriis aſperan inimicitiarum claritudinem ſponte depoſcens, quidam fruſtra quæſiuerunt. Nullum acerbitatis argumentum in his ſcriptis, aut iniquæ veſtigium mentis. Sero & leniter in eos quærere auſus, quædam vera apertaque modeſtiſſima admonitione deſcripſi. & ſi Satyricon ſine præiudicio legent, fortaſſe præuaricationem amabunt. Nam quid triſte innocentis ſcripti hilaritas obiecit? Parata ab inimicis tela non ſtrinxi, quæ agnoſcere nolebam, & grauiora ſuſcepto tiſu erant, & ambitum eorum, qui ſi ad veram potentiam neſciret attolli, intra ſolas literas perſequuntus ſum. Nec

putabam tantæ modestiæ irasci, q
solum proficiunt, vt quod sub inar
seram ioco, altiore præiudicio co
mem.

Attentatum in literas regnum &
morum temerata secreta; tum inge
sam iuuentutem in illorum macul
mni veniati ne compulsam, extra c
uitia arguebam. Ac vtinam falsis i
cis tanta nomina detulissem, quæ
vulgatis aliorum mentium indign
damnauit. Quis non enim meliori
genii tot mortalium insaniam tris
cerboque persequitur risu, aut quis
ptos Acignianorum artibus ignorat
cæterorum quidem tanquam barb
& incondita ingenia aspernati, a
Acignianos credant Musas omnes
lici facinore pene in custodia hab
Maiestas & moderatio incessus, &
cretum ab externis penetrale, tum q
rundam ingeniorum felicitas, qu
illis viguerunt, eos ad tam immodi
scientiæ famam euexit. Accessit in
stria callidissimæ gentis, quæ sese ad

ſtimationem mutua commendatione protrudit, & in alibi orientia ſydera leui deſpectu & veluti faſtidio etiam maligna laude, nubem pernicioſiſſimam exhalat. Nam & hominum generi dominantur inepto quidem aut inſano, ſed ipſa multitudine impetuque valenti. Si placet, Sciolos appellemus. Hi ſuperbo nec capaci ingenio, rumores quoſcunq; ab Acigniaris acceperunt, tanquam ſecretæ rupes; multiplicato tumultu referre, ſtolida pertinacia aſſueuerunt. Tantæ quoque iuuentutis quantam ipſi excoluerunt, obſtinatis ſuffragiis nituntur, dum ſe omnes ab eruditiſſimis edoctos ſuperuacua vanitate contendunt. Et his quidem machinis intemerata potentia ad ipſa ſydera ſuſpexit. Nunc videas tot fucorum perire ſecretum, Societatis flore paulatim per ipſa fortunæ munera oppreſſo. Nam qui in paucis vrbibus ſuorum aliquot lætioris ingenii oſtentabant, qui faſtidioſum delectum habebant ſuā clientelam ambientium, nunc immenſis coloniis diſſipati, ægre

ſua Numina in tot templa diuider
exhauſtis ciuibus ſeruitia ad ſacra
tum vocabunt.

Quid cenſeam de illorum ſtu
quæris, in illis non pauci mediocre
proprias dotes, aut laborioſa inſti
ne formari multa humilia; ſed qu
& ſociorum vultu fallunt, deniqu
gentes quædam mentes, quæ nu
exilia exterorum nomina ſua fam
cumuoluunt. Fallitur enim qui tan
ingeniorum prouentum eſſe puta
alicubi ſpiſſa & tanquam per arr
ta numerentur. Quod ſi Acigniu
ſuæ cateruæ paucitate frequenter
duſtriam inuenit, quis ideo illuda
terorum hominum dignitati, qu
decertandum ſit ſingulis Acigni
rum eximiis totam decuriam no
ponant? Nam qui Naturam tot ca
& ſublimes animos Acignianis p
gere putatis, cur ruſus effingeris
ſterilem, vt in cæterorum tanto n
ro non ſæpius ingeniorum bonitat
xuriet? Et quidem in ſcientiarun

gnum venturus, omnes illarum partes impetus Acignianorũ inuasit. Sed præcipua Theologiæ & Philosophiæ aura fuit. Has antea sub veterum codicum pondere vix spirantes, noua insania scribendi operuerunt. Humaniores autem literas, id est, amœnissimam partem, & si mihi creditis, vtilissimam Musarum, nondum satis delicate habuerunt. Vulgaris, & vt ita dicam, profana licentia facientium carmen, in scholis vel miseris scenis, suffecit inexpertis adolescentibus, & raro Ludimagistri publicorum iudiciorum periculum fecerũt. Vellem & Crispum Tragœdiam tenuissent, ne scire cogeremur, eos non infelicius scribere, quam agnoscere versum. Nam si quis ideo doctissimos putat quia rudem pueritiam ad literas informant, pessimo iudicio in infinita rei exiguæ æstimatione caligat, quod non mirificam industriam magistrorum credit ad primæ doctrinæ initia requiri, aut ab Acignianis iuuentutem perfici, cui forte ad decimum sextum annum ea studia procul

oftendunt,ad quæ vix curiofæ vita
turitas pertinget. Et quidem de e
nere literarum plerofq; afferre fuã
tentiam non fero, quibus nũquar
rę eloquentię imago de fui aut alie
genii fpeculo illuxerit. Summam &
ditam eloquẽtiam dico,quæ cæte
mitata fcientiis offenditur ineptia fc
larum, neque fe indulget ingeniis i
veterum imitationem inclufis,quæ
partes in ftylo fperare aut ducere
audent. Tam venuftę & difficili fcie
vix aliquem fingulis ætatibus idon
reperiri nõ fine illius faftigii admira
ne videmus, cũ huic nemo nafcatu
fi amœno primum fœcundoq; inge
deinde folida prudentia ad ciuiles a
idoneus, & cui patientia laborum
fragile, vt in ingeniofis, corpus, nec r
gientem animum offendat. Itaq; i
cignianis nullum effe non cau'a co
meliæ obieci, fed rifurus vanitate
tantum vocantium nomen plerum
inexpertos, & fublimis fcientiæ im
nem inter viles Ixionas proftituent

Videtis quam prolixe indulserim A-
cignianis, quos in amplam eruditionis
partem non inuidiosa confessione ad-
misi, dum & cæteris mortalibus sciamus
non parcius diuisa munera Musarum,
nec ibi per etiam ingeniorum felicita-
tem esse. Nam quod adolescentes ad
Societatem dicebam pene de animi li-
bertate deduci, industriamque in illis
aut opes, non autem naturæ impetum
æstimari, quæ omnibus per sua vitia &
virtutes diuersa viuendi genera distri-
buit, nolo instituere defensionẽ meam.
Vtinam patiantur nos suppressis quere-
lis dissimulare incepta sæpe tela, sed in il-
lam ætatem valentia; quæ si vellem ex-
cusare, quod amicius inuenirem quam
illos iuuentutis venatores decipi incon-
sulta pietate, nec crimen in omnibus hæ-
rere? Temerata quoque secreta, & ar-
bitrium familiarum illis callidissima in-
sinuatione quæsitum, hodie intempe-
rantius rideam quam indigner. quippe
omnis doli ingenium post primam a-
ciem hebescit, & quos insidiæ secundos

aut tertios decipiunt, digni quoque
dentu maturius perisse. Cur igitur i
los scopulos offendimus, & iam ta
naufragiis rectos? cur illam domest
censuræ procacitatem non excludim
quæ nunquam seuere detrectantibus
ludit, semel autem infusa, non facili
sistetur, quam flumina, quæ viam aq
rum ponderibus ruperunt. Ad summa
si intentum peregrinæ merci vectore
si serui ntem astra agricolam, & m
tum arma probamus, quis Acignian
damnabit, si quem facillimum credu
ad potentiam ascensum omni artific
pertentant? Imo applaudam ingenio
calliditati, & stultam prædam in tot
ueis videbo.

Contentus tam modesto indicio
trocitatem maiorum facinorum su
moui, quæ famæ vel inimicorum a c
bitas adornat, & si vere æstimamu
in solam calliditatem & felicem pr
dentiam lusi. Multi enim magnitud
nem illorum inuidiosa speculatione d
mnamus, irati non iisdem artibus n

bis quoque patere ad gloriam iter. Nam vt austeram virtutem tanquam signum textumue antiquitatis suspicere in aliis solemus; incommodam autem in nobis auersari, sic è contrario beatam fertilemque fortunam aliorum liuentibus oculis perstringimus, quam à cœlo post omnem criminationem tacita veneratione mercamur. Quod si Acigniani simplicitatem meam agnoscent, facile residui amoris vestigia arrabo, quæ m apud nos vtinam publicis offensis non extinguant. Si vero pro authore scriptum premunt, si deuota in me tela facili Euphormioni, & aperto vulneribus infigunt, non irascentur libertimo dolori, qui adhuc priscæ consuetudinis memoriæ pepercit.

Nullas iniurias peruicacior indignatio solet vlcisci, quam quæ creduntur in publicum emissæ, & gratissimum beneficii genus est de vniuersis mereri. Purgatus itaque totis corporibus, & tam grandi liberatus iudicio, ad singulares homines, & quidem gra-

uissima maiestate dignatos, conside
defensione decurro, quibus magnifi
negligentibus maledicta, neq; tristi s
percilio industrium damnatibus risu
aut sensus meos aut pœnitétiam appr
babo. Non excidere his seculis Antig
ni atque Pyrrhi, qui multa conuitia d
spiciant de fastigio suę famæ, nec Ant
nii celebrata iucunditas, qui prouoca
aliorum salibus, in se quoque ludibr
inuenit. Sed non patiar conscientia
meam de integritatis suę fiducia simp
citer ad deprecationem traduci. Ipsa l
citatos ad tribunal non tantum si qu
fecisse arguuntur legitima quæstion
negauerint, sed & si ea fecerint iure, lit
ra salutari dimittit; & Pretores ęqui b
nique iudicia abstulerunt seueritati ve
borum. Etiam in fabulis populus agit
tur qui primo criminis vultu decepti
in Cnemone parricidium vindicau
Adeo non est vbique aut amare simul
tam virtutem aut vitiorum imagine
odisse. Sed præcipua ratio in æstimand
laudibus aut conuitiis esse debet; Na

& illæ sub querelarum sæpe & atrocitatis specie vibrant; hæc autem inter maligna præconia periculosis insidiis conduntur. Itaque nec Satyram fecisse excusabo, nec ad illam accessisse qui Panegyrin expectarent; modum vero tenuisse vt castigarem licentiam scripti ad eorum laudationem quos notabam, æquissima monstratione defendam. Nam inania nec turpium vitiorum simulachra in plerisque quæsiui; vt sub opinione querelarum opportunissima præuaricatione laudarem. Hos si tam mansuetum iudicium offendit, damnantq; beneficium innoxiæ libertatis; saltem patientur emendari facinus, & superfusis laudibus, instar Simonidis oculos suos quærentis expiari.

Et Callionem quidem tam suis lineamentis expresseram vt suspicionem à cæteris viderer submouisse. Ne illum quidem produxeram vulgo, ne spem redeuntis amicitiæ vulgata nec sanabilis iniuria extingueret. Igitur quædam vela circumuolui illi tabulæ ad ipsius na-

turæ veritatem expressæ, vt nec ali
meis telis huic soli destinatis sauciat
tur & tamen secreta ignominia plus p
dore in consociam mētem, quā infam
sæuiret. Multos quoq; admonebam, e
rorem quem nunquā amator Poeta ex
piauit, non tutius latere quam verū Cal
lionem. Nihilominus aut in plures diu
sa scena infelici curiositate quorundam
non vnum inquinabant, aut vnius actu
suspicione tota tragœdia innoxiis impu
tabatur. Quibusdā sufficiebant obscu
natalia; alii facile ingenium, & virtutun
vitiorumq; potens vanis suspicionibu
luebant. illud vero acerbissime tuli; prę
claræ dignitatis purpuratum traductur
sub hac larua ab inimicis meis iniquiss
ma accusatione iactari. Molles & pati
viriles illecebras quibus voluptatem in
uitaret, turpemq; formę curam aiebant
falsa quidem illa sed contumeliosissim
procacitate dilatam. Hoc autem non il
li modo quem volebant, sed & vbi Cal
lioni obiecerim ignoro, quem tantum
patuisse sui seculi vitiis, non autē mulie-

bri genio præiuiſſe cõtendi, ſed adulatic Satyra peior, ſummo & nobiliſſimo homini illuſit, eum ſub Callione laceratũ, & inter Berecinthię Gallos per ludibria & eneruium vitiorum contumeliam exſectum. At ille quia nihil de ſe eiuſmodi credebat, aut referentibus tardiori fide conſenſit, aut quicquid illud erat infra vltionis dignitatem eſſe duxit. Mihi autem ignoto, & alieno fœcinore laboranti, cum vltra biennium in ea ſuſpicione iacuiſſem, ab inimicis nũtiatur me parum pro modeſtia tantum hominem triſti & inuerecunda oratione læſiſſe. Turbatus, & extemplo conſcientiæ interrogans, fidem, circumſpiciebam ne qua tam intempeſtiua impietas nugas Euphormionis polluiſſet. Nec timebam meditati facinoris culpam ſed verebar excidiſſe inter publicos queſtus, quæ in eum non ſine coniectura deflecti potuiſſent. Vt deinde Callionem nominarunt, tunc vero attonitus & impatiens contumeliæ, non riſum non iracundiam tenebam, ſimulq; ingemiſcebam

miseriæ Optimatum, qui neq; sua b
neq; mala, nisi ex aliena fide cogno
Et illius quidem nomen fideliori r
rentia tacebo, quam stulta & impo
adulantium nequitia, qui nescio qui
ꝰ lo videntur credidisse, in quem Cal
nis scenam conuenire putauerũt. Q
nisi incuriosa excusatione offen
metuerem, satis antiquissimæ gent
magines expugnarent infelicitatem
scendi, quam in Callione traduceb
& totius ordinem vitæ, notæ & à mu
celebratæ virtutes non agnoscere
Summa igitur excusationis hæc erit,
nulla inuidiosi scripti parte, ne conce
quidem & innoxio ioco eius innoc
tiam lacessisse, ne eum quidem occ
risse, de principibus viris lætiori pro
citate ludenti; Eos autem qui inepta
dulitate ipsum nempe in Callione in
nerunt, abominandos tam integræ
mui esse, quod per illius maledicta a
ris & diligentiæ quæsiuerint nomen.

Sed nec solertia meliore meum A
monem produxere de tenebris, in q

illum imposita coniecerat larua, eo etiam peiores quod integerrimam matronam eodem facinore læserunt. Contubernalem meum se inanius efferentem, ne ipso quidē inuito eram v!tus, & quidem ne hæreret suspicio, vxorem attribueram, cum spem ipsam coniugii eiurasset. In ea vero muliere multarum impudicam licentiam exponebam, sed præcipue subitam & inconsultam libidinem flagitiosæ domus. Sed nec fauore lasciuiæ niti aut frangere obligatos mihi animos quærebam improba voluptate legendi, cum non videretur dubitandum tam fœdæ mulieris æstus nemini placituros, viris certe faciles & oblatas voluptates aspernantibus. Illam autē quæ fœda suspicione violarunt, neque suo merito Satyram timuisse, neq; mea integritate oportebat. O virtutis inanem custodiam sui, si alieno scelere deformis esse potest. Matronæ prostituere famam, & de mea Comœdia in fornicem deducere, coniectores ineptissimi audebant, digni, si perueniunt ad popu-

lum qui nati per eadem ſcelera, vel no
meliorem familiam ducere credãtur. E
hæc quidẽ in priuatorum ignominian
iactabantur, ſed pręcipua moles inuidi
me in Protagonis & Doromiſi nominib
pene toto pondere affl xit. neque tame
moleſtius fuit his criminib. onerari qu
nunc lętandum puto defenſioni locum
eſſe per ſummorum hominũ laudes itu
ræ: Niſi omnino deliquiſſe me credas
quod tã ſancta nomina indigno pollue
rim loco, & velut contagione criminun
q̃ in aliis arguebam. Nam nec olim Prin-
cipis ſignum inter inultas ſordes, aut fu-
neſta obſcœnę ſedis vilitate ſtetiſſe. Cu
igitur in Satyrã auſus tam indignos con-
iicere Heroas & velut in mortalitatis
mala ipſos deos adoptare? Hæc ſi tri-
ſtis obiiceret Cenſor, non fortaſſe à ſyn-
cera ratione erra et priſcæ ſimpliciſque
virtutis; cæterum nec peritus hodiern
moris erit, & intẽpeſtiua probitate mo-
leſtũ facillima defenſione ſubmouebo.

Nunquam noſtro ſeculo tam perui-
caciter iratus fui, quin paria aut fœdio-

ra in Maioribus facinora agnoſcerem: & de fatis iniuria queritur, qui poſt Heroum ætates & inter mortua ſemina virtutum putat ſe in ſola vitia natum eſſe. Sed non ſuſceperam reuocare memoriam priſtini pudoris, & velut exemplis tot auctorum conſuetudinem noſtrorum malorum ſancire. Ac præterea videtur inhumana accuſatio, quæ in ſolam nec profuturam ignominiam mortuorum inſurgit. Sed & humanæ naturæ vitio, maligna gaudia criminationem viuentium inſinuant; frigida autem & intempeſtiua reprehenſio antiquitatis non inueniet probatorem. Igitur nec accuſationem peſſimæ ætatis inſtitui, ac ne quidem huius æui corruptiſſimas gentes aut ſtultiſſimas, veris & meritis conuitiis proſequutus ſum. Gallias Britanniaſque, id eſt, florem vniuerſi, & humanitatis hæredem quæ decurſo Oriente in noſtrum veſperum deflexit, in ſeueritatis meæ titulos cauſaſque rapiebam, tum quod nitida & exacta corpora ſuos næuos melius ipſa diſſi-

militud'ne fatentur, tum quod ibi
rarum domicilium esse, & istius n
volumina, inter liberos & ingenio
homines, & quidem sine altiore mal
procaces, sciebam auidius *excipi*. Et
tasse in vitia dicturus, nescio cuius v
iam tacita sanciti suffragiis commodi
te vsus sum. *Si* tamen vitium appelle
solutam quidem illam, sed innocent
& peccantem intra verba dulcedine
iocandi, aut etiam de fastigio rerum
tota Orchestra disputandi. Nam q
dies Galliæ illluxit qui euulgatis au
inter conscias tenebras prementibus
bris nouum scriptorem per aliena lu
bria commẽdare noluerit? Taceo qu
illiberali ingenio, & sæpe non artifici
so facinore magna & casta nomina di
& crudelibus contumeliis infestant,
quibus plerumque sola temeritas p
cet vel mentiendi audacia, cum stat
moritura nouitate.

Sed nos quidem prius quam H
rostrati nomen de memoria tollamu
cæterosque humanius sæuientes;

placet, saltem ad cognitionem & iudicium admittamus. Ex iis aliqui, iam in partes discedentibus sacris, mystas aduersæ factionis permissu, & veluti religioso odio, falsis sæpe, sed apud suam plebẽ creditis facinoribus aut ludibriis obiurgãt. Alii in externos obuersi Principis sui imperio late viciniam destinãt, & inter Musas suas debellant. Illi exprobratis hominum aut regionum incommodis toto spiritu licentiam suam fatigant. Quidam felicitatem vlciscuntur, quæ indignos attollit, multos quoque mulieribus fastus, aut impotentia de sua sorte exeuntium adscribendi violẽtiam accendit. Etiam lenta iudicia, emptæq; curules, & forum prædonibus plenum, irritos & superuacuos accusatores inuenit. Iam nugæ & cassa vanitas incolentium auram, iam periuria amicitiam polluentia, iam omnis conditio & sæpe virtutes citatæ sunt literatorum studio ad populi famæq; tribunal. Mihi autem inter hos acres impetus, & interdum illustres, illi plurimum aberrãte pruden-

tia

tia videntur in ineptiam quam in a
castigant incidisse, qui graui & ad i
iestatis speciem tornata sapientiæ la
ambulant, id est, qui plurimum sap
volunt, subiti patr s nec à cen oril
recitati; & de magistratibus querunt
remque summam non rogatis sente
tiis euoluunt. Nunc suarum partium
cra veluti de fastigio aliis inacce ssæ
pientiæ excutiunt. nunc populi mala
inconsulta fortunæ munera n hil p
futuræ iracundiæ ostentatione vexa
Audent quoque Regibus compon
sua edicta, & quam vitæ rat onem p
bent mimica potestate præcipere. In
hæc, modestia & hilaritas de tumesce
tibus exigitur scriptis, quæ libertat
styli sibi multa permittentis potissim
commendant. Nam vt immensa & i
nis loquacitas nullis seriis condientiu
risus non prob tur, etiam in Parasit
rum vilissima fame: ita nec victura a
profutura cauillatio, perpetua sapie
tia debet esse inuisa, Cum oporteat
mnem Satyram aut veniam habe

modestia aut lepiditate mereri. Sit igitur, vt prosit, altis quidem verisque querelis consperſa, & plena comitatis, vt delectet, magisque ſuo ſeculo & vitiis quam hominibus iraſcatur. Neq; enim aut Tarentinorum quiſquam Metoni offenſus eſt in errorem ciuitatis ad Pyrrhi auxilia conuerſæ ludenti; aut lenitas Bruti trucem Fannii libertatem admiſit.

Igitur Gallia in infinita libertate ſcribendi indignis & felicibus Satyris exundat, dum omnis generis ingenia vel impatientiam riſus per hæc ludibria offendunt, vel tumorem ſubeunti inuidiæ leuant; etiam dum prudentiæ applaudunt quam ſibi affinxere. peſſimi autem vel fortunæ ſuæ crimine omnibus irati, vel malignitate liuoris, ipſam maledicendi voluptatē ſatiant. Hos mores polita diſciplina, & inhumaniſſima quidem gente, palā vlciſci, an apertis oculis diſſimulare debeat, ſi quis quęret, primum ſciat, cœli quidem & terrarum velut fata, non arborum modo aut animalium genera

pro regionum cōditione vitiasse;
in mortalitatem valeatia nostram,
& dissimili affectu incolarum an
temperauisse. Sub hoc cœlo subt
sæua tumiditas videtur, sub hoc a
insana & sese profundens temerita
sci: reuerentia Principum, aut oc
legum vectigalium quoq; patientia
infra auaritiam sanguinis sui cura.
vllus est huma atum mentium affe
qui non aliquem Orbis locum p
pua religione inuaserit. Huic ita
morbo sese male tenentium lingua
mederi publico imperio Præfecti
dubie debebunt per terrorem sæu
tium legum, in illis gentibus in qu
despectum Principū odiumue qui
cōmunis spiritus alte egit; aut sicubi
dos prouisosque sermones non nisi
tura animorum acerbitas expromit
vero Gallicis animis ipse halitus su
stantium astrorum longe alia rat
prouidit, qui extemporaneo im
pene iracundiam priusquam conc
rint, effundunt, indust. iamque ioc

non sæpius inimicis quam familiaribus adornant. Ibi virtutes & vitia, si vere iudicamus, maiori quàm pro vera specie erumpunt, quæ laxa inaniter & effusa nunquam ad verum bonitatis aut malitiæ ordinem possunt cogi, nisi cum refelluntur. Testis alacritas insidentibus animis magnifice exsultans, altoque spiritu gloriæ & discriminibus ad fastum intenta: ista quoque procacitas, & asperitatis Satyricæ morsus: quorum illud fortitudinis specie tectum, hoc autem persona maledicentiæ infame non paucos hoc seculo decepit. Quippe illa generosi spiritus velut expressa effigies, dum per inconsultos tumores in Gallica iuuentute luxuriat, nihil est aliud quam adulterata fortitudo, quæ sua petulantia veræ virtutis decora proiecit. At vero idem torrens cum ad obices rumpitur inhibitus æmulatione aliorum, & ad experimentum prouocante fortuna, tunc inanis ferocitas de illo fastu suam aciem euoluit, rediensque in virtutem ad virilem

& maturam fortitudinem se compon
Hoc contra malignitatis simulachru
hæc à nonnunquam insania, & præt
fascium reuerentiam procacitas, vt tu
pissimam laruam habet, sic intus inno
xia, nec vero facinore deformis, ipsa l
bertate contenta est. Si vero non pa
centibus edictis teneretur, tunc fortass
totum virus, quo per hanc lasciuiam
Gallica ingenia exonerant in imma
nium & tectorum vlcerum tabem co
ret. Adeo sæpe virtutes & vitia non sun
priusquam lacessantur. Igitur vt eæ
dem arbores pro terrarum situ naturan
quoque mutant, nec Persarum mal
Romanos extinxerunt, cicutaque non
nunquam vtimur ad frigiditatem po
tionis; ita mores æstimare ad ingeniun
vtentium oportet. Neque plus ea
dem verba quam ritus in his illisque
gentibus diuersa significant. Et fide
aliorum populorum linguarum pensa-
ta modestia, seditionum scelerumque
pericula male in Gallia metietur inno-
xia scurrilitate; quæ his nugis occupa-

tum

tum fastidium odiumue præsentium rerum & in nonnullis fortasse nequitiam consumit.

Erectus hac consuetudine tot inultis ludibriis sancita, quàmquam alienæ gentis homo, ausus sum in iura & veluti sacra Gallicæ libertatis intrare, & Satyram vix vltra titulum sæuientem, leni fletu & inermib. iocis impleui Quod nisi Principes Viros tenuioribus velis obductos (vt nec longa coniectura dubiaue retegi possent) egissem in hunc ludum, qui ô facinus! innocentem, quæ tempestas inundabat! Nihil esset tristiòri supercilio graue, nihil inuidiosa atrocitate suspectum, quod non maleuolorum improbitas in cōtumeliam illorum rapuisset; mihi quidem insimulata tam funestæ loquacitatis grauis, sed illis iniquior quos tam grandi malorum facinorum suspicione violasset. Igitur ipsam purpuram consultissima ratione detexi, vt æstimari modestia mea posset. nec in deos crederem ausus quæ vilio-

ribus ingerebam; aut quibus etiam ip
vitia sub fictis & scenicis nominibus
cerabantur.

Cum hæc moderatio tutum iter p
mis scriptis præstitisset, nescio qua fid
cia in secundum Euphormionem e
creui. Hic cum primo se solueret ris
supprimere iocos iubetur, & ex oper
rum manibus, ad iudicium mulcta m
descendere. Quod cum mihi tot fluct
bus terrisq; diuiso amicorum indigna
tio ad intempestiua odia vocantibus l
teris pertulisset; non indulsi dolori, at
repentinis inimicitiis mutatus sum. Na
& Magistratus sciebam, si quid iniuri
esset, ignoti hominis libello obtulis
quod si maxime meũ esse cognouissen
tamen pepercissem diligentiæ quã pra
textu publico in me maleuoli hom
nes vel imperiti exercerant. Nimis enii
humiliter summorum Magistratuu
res eunt, si sufficere minimis debent. &
illorum otium seuerissima lege turba
mus, nisi alienam concedimus fidem
cuius diligentia tu a præsertim iudic

& e

& extra fortunarum sortem exerceant. Libet quoque agere gratias ipso nomine iniuriæ, quæ Euphormionis famam fortasse extulit, ipsa damnatione præsignem. Sed iam fracta inuidiæ nube, haud dubia timidaue fiducia expecto, vt expertam verecundiam emendata in Eleutheriam suffragia reducant. Quantumcunque seuero tribunali discerpremus, ecce, Italia & ab vtroque Germania cælo, ludibria, ne appositis quidem pensata præmiis, non modo neglexit vindicare, sed pro munere amplexa, ingenuæ libertati applausit. Vbique euulgatus, velut præmio delationis suæ liber in illis vrbibus illisque domiciliis quæ notauit, iam fidelius mores explorat: & sua indicia præsenti testimonio sancit, aut in iocum traductus emendat. At Eleutheria in immani patientia vrbanitatis, proh fatum, meos sales publico donare dubitauit, quæ ridiculam, & quod est peius, non ridentem sui Militis audaciam, & equitis fanaticum robur, & toties scribentium pudendam

libertatem, nullo supercilio tam sedulæ maiestatis offendit.

Sed nec illis tenebris proieceram fætum vt obscurus parens essem, & si quid parassem atrocius præsentissimus vindex erat qui in suis nunquam sociæ & amicæ maiestatis despectum patietur. Ignorant moderationem mei Regis, qui quam pacem Orbi facit non putant ad verborum etiam tranquillitatem pertinere. Nam & diligentius in populi sui ore, sociorum Principum famam amat, quam suam castigare, gnarus nec amoris pignora cum improbis iungenda, neque bonos contumeliarum flagitic esse lædendos, sed nec deorum crimina licenter in vulgus, & sine honore efferenda. O præclarum, & quod tot Principum ambitio inter feroces & inhumanos titulos non vidit, bonitatis fideique cognomē; quæ in hoc inultæ amentiæ fuisset. Sed laudationem omitto, n suspecta adulatione euilescat Long posteritas, quæ vere de præterita vir tute censebit, satis tantam memoriar

sua in nostra tempora inuidia commendabit. Cæterum non facile videri debebam, voluisse tunc primum se tradētem fortunam iugulare, & profana petulātia in quædam Numina, mihi inconciliare omnes deos. Quod si fauentibus vindiciis, quæ hospitibus certe debetur iam non fidelius tamen à se amicorum imperio Regum quam nomini esse consultum. Etiam cum hoc lustro horribilis atrocitas diræ vna face pene Britanniam cremasset, & proditionis nefas vix de suo iugulo esset excussum, de populi solicitus voce, nihil prius edixit, quam ne quis tristi suspicione macularet Regum sociorum dignitatem. Iocos tamen, aut vulgaria, & veluti per totum populum lassata ludibria, exorabili comitate agnoscit, quæ se lepiditate conciliant, & nocere iam non possunt, veneno quod tectum & occultum sæuisset iam corrupto & per nimium aerem expirante.

Hoc arbitrio fortunarum mearum potuissent fortasse magistratus dubitare de deferentibus meum nomen, nec

vicaria fide tantilli voluminis conſcien
tiam explorare; cùm præſertim ſcriptio
nem in quam magis tempeſtas incubui
nuncupaſſem Heroi, quem fœdis con
uitiis præficere, ſupremæ nec in hoc Re
ge tanto plus vibrant quanto natura ca
pacior communium vitiorum facilta
tem obtulerat, ne inepta neceſſitate eſ
ſet probus. Hoc eſt enim eſſe ſanctum
non ſi à ſceleribus abes, ſed ſi ea refugi
ſti. Equidem Rex meus gloriari pulchr
poteſt; nullos quidem exterorum ſui
muneribus ad perfidiã fraudis allectos
ſed nec proditionis conditione feren
tes humanius auditos, quam ludimagi
ſtrum Faliſcorum Camillis excepit; au
dient Magiſtratus meum librum (nar
pro ſe eiuſmodi dicet) eum facile de iu
dicii metu litera ſalutari exſoluent.

Sed in Protagonem tamen luſit, &
de Deromiſo totas chartas impleuit. C
horribilem rectarum mentium calam
tatem! ſecura flagitia occupare præmi
virtutis, beneficia autem & merita per
culo ſcelerib. conſtituto palleſcere. Eg

ver

vero si literatorum infortunio quæstum accepissem librarium, anxiamque mercedem sordidissima adulatione captassem, nemo ante Protagonem erat, cui meos labores exprobrarem: illum extra humanam sordē laudibus eductum, illum huic honori qui est ambitioni humanę charissimus esse subiectū; nec vnico seculo duratura præconia, morituris saltem donis & imparibus comparāda, nūc gratuitis muneribus & ne æstimata viderentur, confuse sub Euphormione nomine largientis, ipsa gratia periit, & plus inuidiā, horum temporum vitium, quam meam fidem inassueta integritas adiuuit. Ecce autem ne hoc quidē beneficium fata indulgēt, vt apud sentientem me excusem, cum vulnere (O dolor!) post omnium memoriā indignissimo, ille Protagon, ille natus ad miraculum terrarum destituerit Orbem. Proh facinus ad nostri æui infamiam efficax, ꝙ per teterrimum nefas tantum Principem nondum poscenti reddidit cælo. Sed & stupor, lachrymas, & stuporē vl-

tionis cupiditas, de omnium pene
tium corde & oculis submouit. At t
oranda Anima, te melius per virtut
famam quam per exeuntem de bust
quilam consecratam, hic omni solic
dine placabo; si quid de tam iusta re
fero cura non minore flagitio qua
viuentem offendissem, peccaturu
Manes. Sed nec ille excanduit, & si
huc dignaretur mortalitatem nostr
nullus certior aut veniæ author e
aut innocentiæ meæ vindex.

Stabat ad tribunal Africanus, &
intonuerat acerbitas in ipsa inno
tia quærentium crimen, cum An
chum, filiique vincula & iudicium
ruptelæ non expauens, ipsam quo
defensionem erubuit. Iudicum quo
plausus reuocata beneficiorum mer
ria, in Capitolium vsque perduxit. T
memorabili exéplo meus liber de
rum puluere dignissimo tumore c
surgens & summarum creditor laud
perambulare potuisset Protagonis
tum limen, donec præmiis absolu

abiret. Primum enim nō imparis dignitate personæ, tantum nomen magnificentissime operui. Nam quid aliud Protagonis cognomē quam militaris scientiæ verissimam confessionem expressi? Nec pensata tot principum, tot seculorum laude, illū omnis memoriç primum ac pene solum ducem, in iustū gloriæ fastigium afferebam. Nempe ex hoc conuitio cæteræ, & sub indicib. litis, ipsa innocentiæ meç verba ad testimonium citabo. nunc igitur est in Euphermione Protagon: *Vir hoc seculo maior, & dignus fabulantium miraculis vatum* hic alius, *nihil de eo mortale prædicabat*. Et solertissimus senex multis in eum præconiis effusus in hæc verba desistit: *Nulla secula Protagonis geniū æquarunt*. Et, *nec quemquam similiorē Numinibus ad nos fata transmiserunt*. Nec minor eximii viri cultus totum vbique Satyricon adoratæ maiestati substernit. Quod si de iocis publicis meus deinde liber creuit, si cū populo scire ausus sum, nec acerbiore risu quam quo Protagonem delectarem inclamare Thessalio,

ignoſcite, quæſitores, bonitate P
gonis & veſtra libertate ſum dece
Sed videte ne maiore piaculo nimi
ficioſam diligentiam polluatis, dum
ludos intempeſtiua ſeueritas ſile
damnatos videtur neſcio, qua cen
notauiſſe.

Si vero de Fortunæ deſcripto im
rio queruntur, quam in ipſo Eleuthe
templo, ipſa ara, ſanctiſſimo hono e
pellaui, ſi aſpernantur illam deam, &
quaſi ſuorum ſacrorum ignarum in
ſant, certe legum ſuarum videbun
obliuiſci, ſed & paruam gratiam hab
illi Numini, per quod ipſi creueru
Nã quod his ſeculis virtute ſtabile i
ad opes, niſi iam opulentæ; aut quis
magnarum dignitatum culmina, n
quadam ſorte peruenit? ac vt nemo n
dignus, aut diuitiarum potiatur aut b
norum, nihilominus opus eſt fortu
regno quę ęquales virtute, ſaltem im
ri felicitate diſtinguat. Nam multoru
ingeniorum magnę dotes, velut debil
& ipſa paupertate ægre iacent. libera

quando meminisse Satyricę libertatis & iterum adorare fortunā. Tu es, inquam sine qua nullæ virtutes sibi placēt, nullæ possunt per nostrorum temporum tempestatem emergere. Tu de sacerdotiçi ũ collegiis suffragiorum potestatem, tu de opulentis solitudinibus excussisti, sed & forensibus ministeriis in hoc arduo locatis quo solum extinctæ perstringant diuitiæ, quæ via nudæ industriæ patet, aut quid saltem fælici ignauię vel ingenioso sceleri negauisti? Sed tantos & tot fasces tibi hęc ętas non dedit. Iam olim omnia potuisti, etiam ante luxum atque æstus; etiam cum memoriæ labentium annorum satis fixę parietis fides erat; cum numerantibus clauis, & captas tot annorum vsu gentes nulla interdicta extorquebunt. Hac veneratione Fortunæ si quis offenditur, aut ipsius beneficiis saginatus, capta & ebria mente desæuit; aut sane est iratus nec respicienti per tot vota litauit. Sed hoc totum non video quo argumento possit ad minimam Protagonis notā aut iniuriam traduci,

cui etiam fortunæ arbitrium aſcrip
felicitatem ab illa nemo magis qua
iſto exoraret.

Doromiſum autem (alterum Sa
crimen) immani piaculo egreſſus
ſcilicet ab ipſo nomine initium in
fuit, & Doromiſum appellaui, qua
nimiam frugalitatem liberalitati
ſtum. Ecce de infelici beneficio no
nefas, amorisque conatus iterum i
gniſſimo reatu perculſi. Quaſi Doro
non inuenerim nomen, quod nulli
nis tanta integritas poſſet, nulla ſol
tione peruerti. Cur igitur ambig
nomẽ (nam vos ambiguum feciſti
bitando) in triſtius deduxiſtis, niſi c
mens mala, in ſuſpicionibus graui
neno ſuo paſtum de innoxio flore
ſiuit? Sed & illum quib. verbis, qua
mendatione celebraui? Amiſiſſet S
ſuum nomen, ſi paulo vlterius ind
ſem. Nunc *vir ingentis naturæ* appell
nunc *qui in cœlum poßit meritiſſim. a præ*
*tione leuari*. Nam imperitiæ imputab
mulorum ſi vel ſenẽ de illius frugal

loquentem, vel Euphormionis inopiam cum ſuo artificio Muſisq; neglectam, in criminationis acerbitatē deducere audent. Nimirū æquo iure ſua libertas ſcenæ ac Satyræ laruas induſit, quib. ſupra Pythagorę fatū ſępe homines renaſcantur in die, & nunc iuūentute luxurient, nunc maturas partes abſoluāt. Niſi forte ſeruilis calliditas, & ſupercil ū heri nunquam Roſcio per eadē ſpectacula conuenit. Equidē Euphormionem non excuſo, ſi in diuerſos habitus tranſire nō licuit, qui in Doromiſi domo ideo ſcholaſticā induit vanitatē, vt irriſus abiret. Tunc enim in inſaniam ludebam, nec dum cognitis fidentiū Muſis qui inutiles, nec ad pulchritudinē exactas nugas omnino tanti putant, vt de egeſtate ſecuri ſint, & ad opes à felicibus tollãtur, aut in iis animorum ſcabitudinem incuſent. Nec Doromiſum caſtigabam, ſi Auguſto hanc turbam poetarum ſubmouenti ſummus Lyricorum pepercit; dicebantque *ignotas ibi Muſas*, quæ ad ſtimulos ſuperbæ paupertatis neſcio quid

igno-

ignobile & mercenarium cantant. In eo autem sene, cuius iudicio Doromisi nomen accepi, malignum ingenium non omnino inquieti populi fingebam, qui semper magistratibus iniquus, tamen ingentia merita non pessimo aut artificioso liuore agnoscit. Sed & magnæ fastigium portę, & auiditatis effigiem vidi adducentis ab oppidanis Plutum: quod nemo opinor bonæ & candidæ mentis, in cuiusquam contumeliam vertet. In eodem quippe opere videbit bellorum instrumenta, currumque gradiui, cum ea vastitate, quam Annibal Italicæ præsagium cladis in somnis exhorruit. Nam augustam, sed formidabilem domum, & grauem tam longo apparatu, non aliter debui, quam Martis penetralia depinxisse.

Et his quidem argumentis iam confido Eleutheriæ omnes deos dignissima litatione placatos; Nūc de reliquo solicitus Orbe, si quid est iratorum Numinum etiā faciliori propitiatione exorabo. Et vero apud cæteros expedita in-

nocentia faciliùs emerget. Labetrum autem metuo ne innoxii quidem ioci, sed fortasse crimini viciniores implacabili præiudicio in me accedant; præcipue cum cognouerit de hac causa indicio illorum, quos Cassius amouisset trium verborum cautione. Nam qui continua integritatis fiducia suam causam cum cœlo Principibus miscent, mei premendi occasionem putauere se nactos, quod eodem scripto in Labetrum & in ipsos ius libertatis exercuissem. Sic igitur potentiam alienam ad sui vltionẽ callidissima fraude armarunt. Suis iniuriis silentio tectis, tanquam pio & laudabili dolore commemorant contumelias; (ita enim appellãt) quas ego in Labetrum & Pedæam flagitiose fudissem. Adeoque valuerant astus, vt innocens procacitatis Euphormio, nouo iudicii genere, in alio Euphormionis & Satyrici innocente pene vindicaretur. Et hoc quidẽ atrocior videbatur iniuria, quod Pedæam illis iocis miscuissem. Nam & seuerius suæ Metellæ vindictam in A-

thenas; quam defectionis Sylla exequ
batur, & hic Scytha qui in Baiazete p
ne facta Ottomanorum præcepit pl
contumeliis in vxorem quam impe
libidine accensus est. Non est tan
meus liber vt imparis odii magnitud
nem excipere velim, & si pietatem n
lit, vltro se iratis noxæ dedit; plus t
men innocentia sua motus quam p
riculo meo. Labettum & Pedæam n
tam originis vetustas, aut potentiæ e
tulit robur, quam virtutum claritud
Neque præconium tantæ confession
jam effundo, aut spe beneficiorum ag
tatus, aut indignitate terroris. Sed v
res ad serium procedit, non ausim a
tanta fastigia nisi vera adoratione susp
cere. Et vero nullius flagitii incusat
tantum veluti publica voce produx
Nam communem, & si maxime ess
verus, non turpem rumorem sequutu
sum, & per aliquot iocorum suauitate
expressi, ac vt magis impetrabilis ven
offensæ sit, nō tam illud in Euphormic
nis ludum arripui, quæ vt fabulæ van

tatem improbabili narratione damnarem. Igitur nec isti libertati mallent tristi & ignobili superbia irasci, quam ridere cum domino gentis humanæ qui trimestres liberos felicib. nasci impatienter non audiuit. Sane de Liphippo, nisi ex persona aliorū nihil dico, quos si reuerentiores maiestatis fecissem, periclitabar adulationis opinione contemni.

At Thebanos quis ignorat eximie à me coli, dū maiorum nostram patriā assi dua veneratione appello, & amicitias illorum ambitiose quæsitas ad scrupuli molestiā & solicitudinis conseruo. Nec illi moderationis obliti, acerbius meos risus quā eos miseram exceperunt. digni quos veris laudibus attollā, cum synceris iudiciis nec falsa beneficia admittāt, nec iniuriarum speciem vanitate præiudicii vlciscantur. In Aquilio autem è viuorum societate iam sublato, etiam superuacua excusatio esset: in cuius conditorium neque fama meæ narrationis intrabit; & si maxime fieret, eius manes humanis negotiis non solicitantur.

Vereor ne prolixa trepidaue defe
fio meæ causę fiduciam corrumpat,pr
sertim quam non ita suscepi quasi in in
corum meorũ humilitas pulsare mea
quietem ægritudine solicitudinis po
set. Magnatibus autem sic me facili
approbabo. Nihil scriptum aut cogit
tum esse,quo illorum dignitatem viol
rem. Si nihilominus perseuerant sus
cari, me exsecationem mei fœtus pr
tium suæ beneuolentiæ esse facturum.

Domita autem vel sedata vi feroc
tatis externæ, iam forte familiaritas m
rentium quæret, num tam perpetuo f
uore mei pignoris caligem, vt in eo c
gnoscere errores, aut agnoscere ne
possim, denique si quam eum toti orb
tam etiam mihi excuso. Nam & Brutu
suos liberos primum virgis, mox secur
bus cecidit, ille autem adulterii vinde
non prius filio oculum reliquit, quam
sibi excussisset; & vbique quo est toler
bilior lenitas parentium suis, eo laud
bilius erit huius veniæ suauitatem aspe

na

nari. Igitur tanquam è publico rediens, & hemicyclo augente priuatam maiestatem domesticas de ipsis Præstitibus culpas expecto. Neque mollius quam iurata sententia disceptabo, vel vt tanquam Hermolai patrem sua rabies in filium absoluat, vel vt ipsum filium iracundia parentis eripiat; externa misericordia per internam & velut parricidalem discordiam, benignissima lite erecta. Ecce autem iam vexatum percensui scriptum, duriusque discussi, quæ recipere culpam aut abscondere possent. nihil publice peccatum annotaui quod castigatione in exemplum possem vlcisci; At priuata & tantum in domesticum nomen errata, etiam ætati donaui. Primum quidem, inuidiosi argumenti ferociam, quæ sub prima iuuentute adhuc rudem & inexpertam libertatē sæuientium odio vel iracundiæ obiecit, tum conatus præmaturos, & cupiditatem famæ, quæ luxuriantem vitio annorum scriptionem nouaculæ seueriori nō seruauit. Nam in prima Satyrici parte etiam

iam quotidie lituras facio, vt in multis velut fronti inuenustæ, saltem velum imponam. Sed hoc iudicium non ingrata violentia mihi ereptum fatorum clementiæ permisi, quæ hoc pene exeuntis pueritiæ tyrocinium victuris spiritibus annumerauerunt. Secundæ vero parti, quę prouectior biennii mora, sapuit per prioris impetus næuos, meam quoque gloriam imputo, ac quod Epidicus & Orator suis authoribus fuerunt, id mihi de Callionis potentia liber Euphormio, & se primis literis sub famula imbuens esse potest nimirum vt censeri per illius virtutes aut vitia non recusem. Neque me tam propitii itineris ad gloriam potest, aut si mauultis præclari erroris pœnitere, sine contumelia immerentis fortunæ, quæ velut consilio meam temeritatem prouexit.

Adolescentibus autem totiq; iuuentuti, quę adhuc curiosa & libera diligentia speculatur aditus ad vlterioris vitæ securos & opulentos cursus, meis cautionibus, & iam experto nauigio, quo

adremigent portum oſtendam. Fallitur enim qui literarum ſplendorem putat etiam Pluti cœcitati illuceſcere, & ſtatim ac in Parnaſſum peruenit, opes ab Apolline efflagitat omnis metalli conditore. Nam omnibus ſæculis diuerterunt diuitiæ à ſtudiis virtutis, & ſæpius Philoſophia ingratis friguit, quam purpuram deſpexit. Illi ipſi qui libertatem ſolutarum gentium ſubegerunt eloquentiæ, qui Cheronæa in Philippum arma cudere; qui Corneliis Sergiisque ſua conſilia excoſere, non exiuiſſent de Rhetorum vmbra, niſi nudæ eruditionis altam & candidam ſimplicitatem mixtura ciuilium negotiorum corrupiſſent. Nemo igitur intra ipſas literas aliud ſuis laboribus promittat, quam caſtiſſimæ dulcedinem voluptatis, & ad ſummum inutilem egentibus famam. Ille nobiliſſimus amor impetuſq; ſciendi, à pecuniæ & ambitus vtilitate ſemotus, in ſecuris & iā felicibus ingeniis, inter auitas opes digna & præcipua maieſtate ſe commendat. At vero

ſi quis impari amore deceptus, de egeſtate ſua altiſſimas quoque Muſas contemplari, & eadem ſynceritate colere audebit, quantumcunque magnifice cogitet, ſæpiſſime de Hecates cæna guſtabit.

Nam vt primum de Rhetorica dicamus, & humanis literis, ſequentemque has Philoſophiam, quod prẽmiũ quamue ſpem illæ Nymphæ ſuis amatoribus inuenerũt? perpetuum ſcholarum pulnerem, & proh facinus! in tam liberalibus diſciplinis, ne quidem mercenariæ doctrinæ opulẽtam locationem; in priuatis quoq; familiis educationem puerorum iã olim ſeruilis neceſſitatis munus, & hodie non vnius Piſtocleti immiti ſuperbia deſpectum. Iuris autẽ immenſa cognitio, per tot nodos impedita, & plerumque ſoluentium nugis, ingratiſſimos ſudores raris ſtipendiis videtur ad ſolam æternitatem laboris educare. Num interclusa tribunalia non niſi iam opulenta ſcientia pulſantur: & ſi placet de reorum miſeriis augeri, ſi in

patro-

patronorum nomen ire, iam existi de mearum literarũ pulchritudine, quam hic sterilem, & ad opes currentibus inutilem damnamus. Nempe enim tot municipiorum iura, in sola codicum nausea & solitudine vestigabis. Viuo strepitu opus est, & calidissimis experimentis, quibus incendere lites aut opprimere possis. Ac nec diuinis studiis clementior portus; vbiq; diuitias sui iuris faciente fortuna. Nam infinitæ opes quæ sacrorum custodibus venerũt longa & trepida maiorũ pietate, nunc mercedi, aut inconsultæ amicitiæ Magnatũ, aut solicitæ adulationi cesserunt. Inter hos scopulos tam turbido freto & obstinatis fluctibus repellentes literatorũ remigia à diuitiarum cursu, quidam velut euerberatam tempestatem propitia fortuna vicerũt, qui in apice studiorum aureos quoq; fontes, & ambitiosum otiũ inuenere. Sed in illis ipse casus potius quam eruditio felix fuit, & saltẽ numeranda paucitate infamẽt Musarum egestatem, quæ pauciores quã vilia aut pu-

denda artificia ad humanam sublimitatem attollunt.

Desolanda igitur tantorũ Numinum limina & literis inexpiabili sacrilegio eiectis, fœditas barbarorum annorum reuocanda? Absit vt per tantum flagitium velim fatum iam labentis eruditionis præcipitari, quæ, si vere æstimamus, nos à pecudũ vilitate seduxit. Soletque præcipue cognitionis cum cœlo admonere; Sed nec velim iuuentutem aberrare velut Sirenibus deceptã, nulla prẹsertim pœnitentia vtiliter illius temporis consilium emendante.

Igitur domesticas amoliri angustias, & fascium dignitatẽ volentes respicere acri quidem impetu incumbãt illis literis quas magis propitio impetu iis natura admouerit: nisi forte flexibili ingenio eligere studia, & repugnantem animum regere possunt. cæterum vt se aperuerit floridior ætas, & veræ curæ per primos stimulos solicitauerint mentẽ, non quidem relinquant ipsas Musas (neque tam leui sarcina opprimentur) sed eas secum

velut ad vtiliorem mercatū circumducant. Tum primum suos mores ciuili venustate nec pfunctoria solicitudine mitigent, tū ipsa comitas amorq; solertiæ, & cura placendi, tū fraudis & malarum artium disciplina, non in vsum, sed cautionem ac fortasse speciem inuigilātem animum informet. Et quidem (vt omittam qui in forū prorumpunt, ciuica arma inconsultis vendituri) pro genere ac fortuna transeat iuuenis in factiosam clientelam. Ibi pro omnibus diis patronum suū placet non grauis affectatione paritatis, aut sordida vilitate deiectus. Sed & istā prudētia est in eligenda seruitute tenenda; primum vt quod pręcipue genii impetu potes, id est, qua potissimū emines dote, id aut possit cognoscere patronus aut mirari; deinde vt per altissima quæq; flumina nauigationē intendas. Nam & de viuis fontib. multæ aquę hauriuntur, ne quidem sentientibus ripis, & tuas sordes eluet pretiosæ purpuræ contactus, ac si supra Philosophū dona erunt, tamē Alexandrum decebunt.

Inter has curas, miserrimæ quide
mortalitatis ludibria, vtiles tamen a
præsidium senectutis, si facilitas reru
aut magnitudo ingenii reliquerit otiu
ad eruditionem, tū pulcherrimo labo
colendus est animus, qui hac deflexion
forensium rerum, veluti quodam lud
suas curas mitigabit. At vero cum eme
serit liberalis animus de formidine pau
pertatis, vel cū satiauerit modestas ho
norum cupiditates, & poterit suas lite
ras inter splendorem dignitatum maio
præiudicio ostentare, tum vero permit
tendæ sunt habenæ isti ambitioni, tun
inquam acrius descendendum ad per
petuos quidem studiorum labores, se
dignos mortalitatis fastigio, & sudori
præterea riuos per multiplicem amœni
tatem plusquam Apio aut Oleastro de
tergentes. In iis domestici solatii vis in
gens, & per stupescētem tuorum æqua
lium barbariem, admirationis externæ
Per hanc famam & omnia felicibus ac
cedunt, si quid superérit ad editos ho
nores, poteris faciliori ascensu emetiri.

Quod

Quod si quis tã robusto animo erit, vt acquiescat vni suauitati literarum, omneque dispendium infra celebritatem ponat, & par ingenium tantæ nobilitati efferuescat. Valete fastigia dignitatum, & habendi libido per ipsas opes excita. Hæc Philosophia, & inopi lectulo demersa paupertas, cum volet certis telis omnem magnitudinem petet, sua mole vulneribus patentem. Sed & longis præconiis superetit suo sæculo cũ luxu ambituque morienti, neq; vlla spatia definient doctæ virtutis perennitatem. Verum hæc est dura & pene siluestris eruditio, quæ, si qui me audient, multos habebit laudatores; rari autem excellentes animos tanta rigiditate imbuent.

Neq; vero superuacua disceptatione hic exerro, qui defensione mea erupi ad præcipiendi grauitatem, sed volui ita meæ iuuentutis impetus ad studia probare, ne inde aliis exẽplum statuerem, & omnino castus liber quã in alienos fuit temperans, tam sit innoxius laudatoribus suis. Nã & Satyricon propitiis fatis

tradens, ſtimulos multis forte adoleſcentibus admoui, vt aſſiduis maturisq; literis properarent ad dulcedinē famæ. Nunc vero iuuentutē vtiliſſima ratione dehortor, ne rapta pulchritudine laudum anxie eruditæ eloquētiæ inuigilet, id eſt, omnis doctrinæ, ſed & omnis ſudoris compendio, niſi ſuis opibus nitatur, vel capaci animo partiri curas poſſit, aut denique de ſcholaſtici pulueris otio nulla ambitione ſe moueat. Ego vero, qualiſcunq; fortuna deinceps meos conatus excipiet, non reuocabor ab hoc curſu, vtraq; Pallade aut amicitias meas aut odia colendi; ſed vobis ſummas gratias diligētiſſima memoria habebo, quicunque Euphormionem amauiſtis, cæteris autem, qui ſunt ſolicitudine mea digni, non ceſſabo ſimplicitatem tam inermium iocorum probare, donec ratio aut fortuna meam innocentiam explicarit.

FINIS LIBRI QVARTI.

# EVPHORMIONIS LVSINI-NI SATYRICON.

## PARS V.

## SCARABEVS.



EST iam olim aquilarum generi, cum vniuerſa Scarabeorum gente, vetus atque antiqua ſimultas, ac bellum prorſus internecinum, planeque quod ſolent Græci dicere, ἄσπονδος πόλεμος, Nam odio diſſident pluſquam Vatiniano, adeo vt ne Iupiter quidẽ ipſe ὅου κράτος ἐστὶ μέγιστον, & qui totum nutu tremefactat Olympum, rem inter eos componere, ac diſſidium finire potuerit, ſi modo vera narrant Apologi. Deniq; nihilo magis inter eos conuenit, quam hodie quoq; conuenit inter deos iſtos aulicos, & humilem obſcuramq; plebẽ. Sed erit fortaſſis, qui Æſopicarum fabularũ rudis & ἀνήκοος admiretur, quid tandẽ negotii

ſit cum aquila Scarabeo, Quę cognatio, quæ vicinitas, q̄ affinitas vſq; adeo diſſimilibus intercedat. Nam inter hos potiſſimum diſſidia ſolent oriri, præſertim inter principes. Ad hęc, quæ nam tam atrocis e dii cauſæ. Poſtremo vnde tātum animo um ſcarabeo, vt cum aquilarum populo bellum ſuſcipere non dubitarit. Rurſum, qua cōtumelia tantopere fuerit offenſus aquilæ θυμὸς ἀγήνωρ, vt hoſtem tam humilem non contempſerit, ac ſuo vel odio iudicarit indignum. Videlicet argumentum ingens, longa eſt iniuria, longæ ambages, ac res omnino maior, quam vt humana facundia queat explicari. Quod ſi muſæ, quæ grauatæ non ſunt olim Homero dictare, βατραχομυομαχίαν, mihi quoq; relicto tantiſper Helicone, dignentur adeſſe rerum ſummam, pro virili conabor exponere. Quid enim tam arduum eſſe poſſit, quod illis auſpicibus non audeant homines? Sed quo res cognitu fiat illuſtrior, priuſquam ad ipſum negotii caput veniam, ducis vtriuſque mores, for-

mam;

mam,indolem,ingenium,quam potero paucissimis perstringam. Primũ igitur illud succurrit, admirari, quid Romanis viris alioqui sapiẽtibus venerit in mẽtẽ, qui cũ huius alitis symbolo, sese præter cæteras nationes iactent, ac diis proximos ducant, Cũq; huius auspiciis tot victorias reportarint, tot egerint triumphos, tantũ abest, vt benemeritæ gratiã referant, vt non toleranda etiã afficiant contumelia. Nam auem vnam omnium maxime masculam, & inuicti roboris, emasculant, euirantque, ac propemodum Tiresiam reddunt, ipsi non admodum mares. Siquidem apud Græcos, plane mas est ἀετὸς, idque, ni fallor, longe magis quadrat in eum, cui summus ille pater & rex, hominumque deumque, regnum in aues vagas permisit expertus fidelem Iupiter in Ganimede Flauo. Tum ei, qui cæteris diis procul absistentibus, solus irato Ioui, trisulca tela porrigat, nihil etiam prouerbio deterritus, πέῤῥω διός τε καὶ κεραυνοῦ. Neque vero sine graui ratione factum arbitror,

vt inter tam multas auium nationes, tamque numerosas tribus, aquila potissimum sit visa idonea, cui non solum auium φρήτραι, verumetiam senatus populusque poeticus, suffragiis omnibus monarchiam decerneret. Nam quantum ad auium iudicium attinet, in hanc partem pleræque propendebant, vt pauoni rerum summam committerent. Nam huius pulchritudini, splendori, sublimitati, fastuique plane regio, regnum deberi videbatur. Ac prorsum in hanc sententiā itum fuisset, nisi quędam lōgo rerum vsu callidæ, cuiusmodi sunt cornices coruique, perpendissent, futurum, vt si pauonē rebus præfecissent, eueniret, vt solo nomine strepituque regem ageret, aquila nihilo secius, vel sine populi suffragiis, regnum gereret.

Cum autem sex, opinor, aquilarum genera commemorentur, tamen illud inter omnes conuenit, quod rostro sunt vehementer adunco, nec minus aduncis vnguibus, vt vel ex ipso corporis habitu possis intelligere, carniuoram esse

auem, quietis ac pacis inimicã, pugnis, rapinis, ac prædationib. natam. Et quasi parum sit carniuoras esse. Sunt & quæ ossifragæ dicantur, & sint. Sed hic protinus tacite mihi dicis optime lector, quid hęc imago ad regem, cuius propria laus est clementia, cumque plurimum possit, nulli tamen velle nocere, ac solum aculeo care. e, seseque totum in populi sui commoditates impendere, adeo vt Niloxenus ille sapiens rogatus, quid esset vtilissimum, responderit rex, Id esse proprium veri principis indicans, vt quantum in ipso sit, nemini noceat, prosit omnibus, sitque magis optimus quam maximus. Quanquam non alia ratione potest esse maximus, nisi vt sit quam optimus, hoc est beneficentissimus in omnes. Equidem exemplar laudo non inscite depictũ à philosophis, & haud scio an eiusmodi principes administrent rempublicam in vrbe Platonica. Verum in annalibus multos quos reperias, ausis cum hac imagine componere. Quanquam est vnum aquilarum

genus, quod impense placuit Arist. fortassis ob id, quod talem optarit pullum suum Alexand. haud multo minus prędabundum ac vorax, at paulo tamen tum modestius, tum taciturnius, & omnino plusculũ habẽs humanitatis, quippe quod pullos suos etiam educet. Nã cæteræ faciunt quod impii solent parentes, qui fœtus suos exponunt, cũ tigrides etiã catulos tollant suos Atque eam ob causam γνήσιον appellant, quasi germanum acuere ingenuum dicas. Iã & viuacem esse aquilam, ab autoribus proditum est. Ea tamen cum ad extremam peruenerit senectutem, nihil adhuc sitit, nisi sanguinem, cuius suctu vitam omnibus inuisam prorogat, nimirum rostro superiore adeo increscente, vt carnes depasci non possit. Atque hinc ortum est adagium illud notissimum, ἀετȣ̃ γῆρας in senes ætate vinosiores, cum alioqui omne ferme genus hoc auiũ, quibus adunci sunt vngues, aut non bibant omnino, aut certe perquam raro, siquidem Arist. credimus. Et tamẽ hę si quando bibunt, aquã bibunt. Sola aquila sanguinẽ sitit. Ergo rostro intorto natura certe non semper nouerca, reliquis animantibus vtcunq; cõsuluisse videtur, & inexplebili voracitati modũ aliquẽ imposuisse. Quemadmodum & hac ratione prospexit, quod non sinat aquilã oua parere plura tribus, nec pullos alere plures duobus. Atq; adeo si Musæi versiculo credimus, quem testem adducit Aristoteles. Ex-

cludit

cludit binos, edit terna, educat vnum.

Atq; per hos ipsos dies, quibus incubat, a. incubat ferme tricenos, naturæ prouidẽtia cibum illis negauit, inuersis interim & vnguibus, ne videlicet omnium ferarum fœtus rapiantur. Itaque per id tempus pennę albescunt inedia. Atq; hinc odium in fœtus proprios. Super hæc omnia, plurimos hostes opposuit vni. De quibus mox dicturi sumus. Atq; hanc naturæ sollicitudinem mirari desinet, cui persuasum sit esse verum, quod scripsit Plinius, prodigiosum quidem illud, & haud scio, an vel Democrito autore credendum, insatiabilis auiditatis argumentum, etiamsi ceu compertum & confessum narrant Plutarchus, autor cum primis grauis, Nempe aquilarum pennas quoque, si cæterarum auium plumis admisceantur, eas deuorare, ac paulatim extenuatas conficere. Tanta vis natiuæ rapacitatis. Equidem arbitror idem euenturum, si tyrannorum ossa cum plebeiorum ossibus commisceantur, ne sanguinem quidem

magis miſceri poſſe, quam Ægithi & Flori. Iam mihi num illud ſatis quadret in tyrannos, (non enim de noſtris huius, ſuperiorisue æui principibus, quos meliore è luto, benignus effinxit Iupiter, qui vere iuſti rectique cuſtodes, audiunt, & merito celebrãtur) vide. Aquilarum vnicum par, magno ad populandum tractu indiget, nec alterum in propinquo prædonem eſſe patiuntur, itaque ſpatia determinant. Porro tyrannis, quæ non anguſta ditio? Quam immenſum vſque propagandi regni ſtudium? Quanta cum finitimis aquilis, aut miluis de regni, hoc eſt, de prædandi terminis digladiatio? Verum illud fortaſſe non perinde congruit, quod auis hæc tantopere rapax, non tamen prędatur in proximo, videlicet ne vices iniuriarum, in ſuum aliquãdo caput retorqueantur, Sed è longinquo magis prædas in nidum cõuehit. Cum interim tyranni nec ab intimis temperent, nec à maxime cognatis ac domeſticis rapaces abſtineant vngues, imo hoc quisque magis ſit ob-

noxius periculo, quo tyranno ac fulmini propior. Atque insitam hanc & à parentibus ingenitā rapiendi famem, nonnihil auget & educatio. Quādoquidem aquilam ferunt pullos vix dum satis volucres, ad prædandum è nidis extrudere, quo statim & à teneris, vt aiunt, vnguiculis consuescant, rapto, suisq; ipsorum vnguibus viuere. At in plærisque tyrannis, deum immortalem, quam multi accedunt ad rapacitatem stimuli, præter corruptissimam educationem, tantū assentatorum examen, tot officiales perditi, tot corrupti consultores, tot stultissimi familiares, tot nequissimi congerrones, qui publicis incōmodis vel gratis delectantur. Adde his fastū, voluptates, luxum, delitias, quibus nullæ rapinæ satis esse possint. Adde stultitiam & imperitiam, qua nihil intractabilius, si cum felicitate copuletur. His itaq; rebus, cū vel benignissima corrumpi queant ingenia, quid censes futurum, si hæc ad auidam & improbā naturam, velut oleū ad caminum accesserint? Sed parū erat

in-

tradens, ſtimulos multis forte adoleſcentibus admoui, vt aſſiduis maturisq; literis properarent ad dulcedinē famæ. Nunc vero iuuenturē vtiliſſima ratione dehortor, ne rapta pulchritudine laudum anxie eruditæ eloquētiæ inuigilet, id eſt, omnis doctrinæ, ſed & omnis ſudoris compendio, niſi ſuis opibus nitatur, vel capaci animo partiri curas poſſit, aut denique de ſcholaſtici pulueris otio nulla ambitione ſe moueat. Ego vero, qualiscunq; fortuna deinceps meos conatus excipiet, non reuocabor ab hoc curſu, vtraq; Pallade aut amicitias meas aut odia colendi; ſed vobis ſummas gratias diligētiſſima memoria habebo, quicunque Euphormionem amauiſtis, cæteris autem, qui ſunt ſolicitudine mea digni, non ceſſabo ſimplicitatem tam inermium iocorum probare, donec ratio aut fortuna meam innocentiam explicarit.

FINIS LIBRI QVARTI.

EVPHOR-

# EVPHORMIONIS LVSINI-NI SATYRICON.

## PARS V.

## SCARABEVS.



ST iam olim aquilarum generi, cum vniuersa Scarabeorum gente, vetus atque antiqua simultas, ac bellum prorsus internecinum, planeque quod solent Græci dicere, ἄσπονδος πόλεμος, Nam odio dissident plusquam Vatiniano, adeo vt ne Iupiter quidẽ ipse ὃν κράτος ἐστὶ μέγιστον, & qui totum nutu tremefactat Olympum, rem inter eos componere, ac dissidium finire potuerit, si modo vera narrant Apologi. Deniq; nihilo magis inter eos conuenit, quam hodie quoq; conuenit inter deos istos aulicos, & humilem obscuramq; plebẽ. Sed erit fortassis, qui Æsopicarum fabularũ rudis & ἀνήκοος admiretur, quid tandẽ negotii

sit cum aquila Scarabeo, Quę cognatio, quæ vicinitas, q̃ affinitas vsq; adeo dissimilibus intercedat. Nam inter hos potissimum dissidia solent oriri, præsertim inter principes. Ad hęc, quæ nam tam atrocis odii causæ. Postremo vnde tãtum animorum scarabeo, vt cum aquilarum populo bellum suscipere non dubitarit. Rursum, qua cõtumelia tantopere fuerit offensus aquilæ θυμὸς ἀγήνωρ, vt hostem tam humilem non contempserit, ac suo vel odio iudicarit indignum. Videlicet argumentum ingens, longa est iniuria, longæ ambages, ac res omnino maior, quam vt humana facundia queat explicari. Quod si musæ, quæ grauatæ non sunt olim Homero dictare, βατραχομυομαχίαν, mihi quoq; relicto tantisper Helicone, dignentur adesse rerum summam, pro virili conabor exponere. Quid enim tam arduum esse possit, quod illis auspicibus non audeant homines? Sed quo res cognitu fiat illustrior, priusquam ad ipsum negotii caput veniam, ducis vtriusque mores, for-

mam, indolem, ingenium, quam potero paucissimis perstringam. Primũ igitur illud succurrit, admirari, quid Romanis viris alioqui sapiẽtibus venerit in mẽtẽ, qui cũ huius alitis symbolo, sese præter cæteras nationes iactent, ac diis proximos ducant, Cũq; huius auspiciis tot victorias reportarint, tot egerint triumphos, tantũ abest, vt benemeritæ gratiã referant, vt non toleranda etiã afficiant contumelia. Nam auem vnam omnium maxime masculam, & inuicti roboris, emasculant, euirantque, ac propemodum Tiresiam reddunt, ipsi non admodum mares. Siquidem apud Græcos, plane mas est ἀετὸς, idque, ni fallor, longe magis quadrat in eum, cui summus ille pater & rex, hominumque deumque, regnum in aues vagas permisit expertus fidelem Iupiter in Ganimede Flauo. Tum ei, qui cæteris diis procul absistentibus, solus irato Ioui, trisulca tela porrigat, nihil etiam prouerbio deterritus, φέρω διός τε καὶ κεραυνοῦ. Neque vero sine graui ratione factum arbitror,

vt inter tam multas auium nationes, tamque numerosas tribus, aquila potissimum sit visa idonea, cui non solum auium φρήτραι, verumetiam senatus populusque poeticus, suffragiis omnibus monarchiam decerneret. Nam quantum ad auium iudicium attinet, in hanc partem pleræque propendebant, vt pauoni rerum summam committerent. Nam huius pulchritudini, splendori, sublimitati, fastuique plane regio, regnum deberi videbatur. Ac prorsum in hanc sententiã itum fuisset, nisi quędam lõgo rerum vsu callidæ, cuiusmodi sunt cornices coruique, perpendissent, futurum, vt si pauonẽ rebus præfecissent, eueniret, vt solo nomine strepituque regem ageret, aquila nihilo secius, vel sine populi suffragiis, regnum gereret.

Cum autem sex, opinor, aquilarum genera commemorentur, tamen illud inter omnes conuenit, quod rostro sunt vehementer adunco, nec minus aduncis vnguibus, vt vel ex ipso corporis habitu possis intelligere, carniuoram esse

auem,

auem, quietis ac pacis inimicā, pugnis rapinis, ac prædationib. natam. Et quasi parum sit carniuoras esse. Sunt & quæ ossifragæ dicantur, & sint. Sed hic protinus tacite mihi dicis optime lector, quid hęc imago ad regem, cuius propria laus est clementia, cumque plurimum possit, nulli tamen velle nocere, ac solum aculeo care e, seseque totum in populi sui commoditates impendere, adeo vt Niloxenus ille sapiens rogatus, quid esset vtilissimum, responderit rex, Id esse proprium veri principis indicans, vt quantum in ipso sit, nemini noceat, prosit omnibus, sitque magis optimus quam maximus. Quanquam non alia ratione potest esse maximus, nisi vt sit quam optimus, hoc est beneficentissimus in omnes. Equidem exemplar laudo non inscite depictū à philosophis, & haud scio an eiusmodi principes administrent rempublicam in vrbe Platonica. Verum in annalibus multos quos reperias, ausis cum hac imagine componere, Quanquam est vnum aquilarum

genus,quod impense placuit Arist. fortassis ob id,quod talem optarit pullum suum Alexand. haud multo minus prędabundum ac vorax,at paulo tamen tum modestius,tum taciturnius, & omnino pluscul ū habēs humanitatis,quippe quod pullos suos etiam educet. Nā cæteræ faciunt quod impii solent parentes, qui fœtus suos exponunt,cū tigrides etiā catulos tollant suos Atque eam ob causam γνήσιον appellant, quasi germanum acuere ingenuum dicas. Iā & viuacem esse aquilam, ab autoribus proditum est. Ea tamen cum ad extremam peruenerit senectutem, nihil adhuc sitit, nisi sanguinem, cuius suctu vitam omnibus inuisam prorogat, nimirum rostro superiore adeo increscente, vt carnes depasci non possit. Atque hinc ortum est adagium illud notissimum, ἀετοῦ γῆρας in senes ætate vinosiores, cum alioqui omne ferme genus hoc auiū, quibus adunci sunt vngues, aut non bibant omnino, aut certe perquam raro, siquidem Arist. credimus. Et tamē hę si quando bibunt,aquā bibunt. Sola aquila sanguinē sitit. Ergo rostro intorto natura certe non semper nouerca, reliquis animantibus vtcunq; cōsuluisse videtur, & inexplebili voracitati modū aliquē imposuisse Quemadmodum & hac ratione prospexit, quod non sinat aquilā oua parere plura tribus,nec pullos alere plures duobus. Atq; adeo si Musei versiculo credimus,quem testem adducit Aristoteles. Ex-

cludit

cludit binos, edit terna, educat vnum. Atq; per hos ipsos dies, quibus incubat, a. incubat ferme tricenos, naturæ prouidētia cibum illis negauit, inuersis interim & vnguibus, ne videlicet omnium ferarum fœtus raperentur. Itaque per id tempus pennę albescunt inedia. Atq; hinc odium in fœtus proprios. Super hæc omnia, plurimos hostes opposuit vni. De quibus mox dicturi sumus. Atq; hanc naturæ sollicitudinem mirari desinet, cui persuasum sit esse verum, quod scripsit Plinius, prodigiosum quidem illud, & haud scio, an vel Democrito autore credendum, insatiabilis auiditatis argumentum, etiamsi ceu compertum & confessum narrant Plutarchus, autor cum primis grauis, Nempe aquilarum pennas quoque, si cæterarum auium plumis admisceantur, eas deuorare, ac paulatim extenuatas conficere. Tanta vis natiuæ rapacitatis. Equidem arbitror idem euenturum, si tyrannorum ossa cum plebeiorum ossibus commisceantur, ne sanguinem quidem

Inter has curas, miserrimæ quidem mortalitatis ludibria, vtiles tamen ad præsidium senectutis, si facilitas rerum aut magnitudo ingenii reliquerit otium ad eruditionem, tũ pulcherrimo labore colendus est animus, qui hac deflexione forensium rerum, veluti quodam ludo, suas curas mitigabit. At vero cum emerserit liberalis animus de formidine paupertatis, vel cũ satiauerit modestas honorum cupiditates, & poterit suas literas inter splendorem dignitatum maiori præiudicio ostentare, tum vero permittendæ sunt habenæ isti ambitioni, tum inquam acrius descendendum ad perpetuos quidem studiorum labores, sed dignos mortalitatis fastigio, & sudoris præterea riuos per multiplicem amœnitatem plusquam Apio aut Oleastro detergentes. In iis domestici solatii vis ingens, & per stupescẽtem tuorum æqualium barbariem, admirationis externæ. Per hanc famam & omnia felicibus accedunt, si quid supererit ad editos honores, poteris faciliori ascensu emetiri.

Quod

Quod si quis tã robusto animo erit, vt acquiescat vni suauitati literarum, omneque dispendium infra celebritatem ponat, & par ingenium tantæ nobilitati efferuescat. Valete fastigia dignitatum, & habendi libido per ipsas opes excita. Hæc Philosophia, & inopi lectulo demersa paupertas, cum volet certis telis omnem magnitudinem petet, sua mole vulneribus patentem. Sed & longis prçconiis supererit suo sæculo cũ luxu ambituque morienti, neq; vlla spatia definient doctæ virtutis perennitatem. Verum hæc est dura & pene siluestris eruditio, quæ, si qui me audient, multos habebit laudatores; rari autem excellentes animos tanta rigiditate imbuent.

Neq; vero superuacua disceptatione hic exerro, qui defensione mea erupi ad præcipiendi grauitatem, sed volui ita meæ iuuentutis impetus ad studia probare, ne inde aliis exẽplum statuerem, & omnino castus liber quã in alienos fuit temperans, tam sit innoxius laudatoribus suis. Nã & Satyricon propitiis fatis

tradens, ſtimulos multis forte adoleſcentibus admoui, vt aſſiduis maturisq; literis properarent ad dulcedinē famæ. Nunc vero iuuenturē vtiliſſima ratione dehortor, ne rapta pulchritudine laudum anxie eruditæ eloquētiæ inuigilet, id eſt, omnis doctrinæ, ſed & omnis ſudoris compendio, niſi ſuis opibus nitatur, vel capaci animo partiri curas poſſit, aut denique de ſcholaſtici pulueris otio nulla ambitione ſe moueat. Ego vero, qualiscunq; fortuna deinceps meos conatus excipiet, non reuocabor ab hoc curſu, vtraq; Pallade aut amicitias meas aut odia colendi; ſed vobis ſummas gratias diligētiſſima memoria habebo, quicunque Euphormionem amauiſtis, cæteris autem, qui ſunt ſolicitudine mea digni, non ceſſabo ſimplicitatem tam inermium iocorum probare, donec ratio aut fortuna meam innocentiam explicarit.

FINIS LIBRI QVARTI.

EVPHORMIONIS LVSINI-
NI SATYRICON.

# PARS V.

# SCARABEVS.



EST iam olim aquilarum generi, cum vniuerſa Scarabeorum gente, vetus atque antiqua ſimultas, ac bellum prorſus internecinum, planeque quod ſolent Græci dicere, ἄσπονδος πόλεμος, Nam odio diſſident pluſquam Vatiniano, adeo vt ne Iupiter quidẽ ipſe ὅου κράτος ἐςὶ μέγιςον, & qui totum nutu tremefactat Olympum, rem inter eos componere, ac diſſidium finire potuerit, ſi modo vera narrant Apologi. Deniq; nihilo magis inter eos conuenit, quam hodie quoq; conuenit inter deos iſtos aulicos, & humilem obſcuramq; plebẽ. Sed erit fortaſſis, qui Æſopicarum fabularũ rudis & ἀνήκοος admiretur, quid tandẽ negotii

ſit cum aquila Scarabeo, Quę cognatio, quæ vicinitas, q̃ affinitas vſq; adeo diſſimilibus intercedat. Nam inter hos potiſſimum diſſidia ſolent oriri, præſertim inter principes. Ad hęc, quæ nam tam atrocis odii cauſæ. Poſtremo vnde tãtum animorum ſcarabeo, vt cum aquilarum populo bellum ſuſcipere non dubitarit. Rurſum, qua cõtumelia tantopere fuerit offenſus aquilæ θυμὸς ἀγήνωρ, vt hoſtem tam humilem non contempſerit, ac ſuo vel odio iudicarit indignum. Videlicet argumentum ingens, longa eſt iniuria, longæ ambages, ac res omnino maior, quam vt humana facundia queat explicari. Quod ſi muſæ, quæ grauatæ non ſunt olim Homero dictare, βατραχομυομαχίαν, mihi quoq; relicto tantiſper Helicone, dignentur adeſſe rerum ſummam, pro virili conabor exponere. Quid enim tam arduum eſſe poſſit, quod illis auſpicibus non audeant homines? Sed quo res cognitu fiat illuſtrior, priuſquam ad ipſum negotii caput veniam, ducis vtriuſque mores, for-

mam,indolem,ingenium,quam potero paucissimis perstringam.Primũ igitur illud succurrit, admirari, quid Romanis viris alioqui sapiẽtibus venerit in mẽtẽ, qui cũ huius alitis symbolo, sese præter cæteras nationes iactent, ac diis proximos ducant,Cũq; huius auspiciis tot victorias reportarint, tot egerint triumphos,tantũ abest, vt benemeritæ gratiã referant,vt non toleranda etiã afficiant contumelia.Nam auem vnam omnium maxime masculam, & inuicti roboris, emasculant, euirantque, ac propemodum Tiresiam reddunt, ipsi non admodum mares. Siquidem apud Græcos, plane mas est ἀετὸς,idque,ni fallor,longe magis quadrat in eum, cui summus ille pater & rex, hominumque deumque, regnum in aues vagas permisit expertus fidelem Iupiter in Ganimede Flauo. Tum ei, qui cæteris diis procul absistentibus, solus irato Ioui,trisulca tela porrigat, nihil etiam prouerbio deterritus, πόῤῥω διός τε ϗ κεραυνοῦ. Neque vero sine graui ratione factum arbitror,

vt inter tam multas auium nationes, tamque numerosas tribus, aquila potissimum sit visa idonea, cui non solum auium φερήτρα, verumetiam senatus populusque poeticus, suffragiis omnibus monarchiam decerneret. Nam quantum ad auium iudicium attinet, in hanc partem pleræque propendebant, vt pauoni rerum summam committerent. Nam huius pulchritudini, splendori, sublimitati, fastuique plane regio, regnum deberi videbatur. Ac prorsum in hanc sententiã itum fuisset, nisi quędam lõgo rerum vsu callidæ, cuiusmodi sunt cornices coruique, perpendissent, futurum, vt si pauonẽ rebus præfecissent, eueniret, vt solo nomine strepituque regem ageret, aquila nihilo secius, vel sine populi suffragiis, regnum gereret.

Cum autem sex, opinor, aquilarum genera commemorentur, tamen illud inter omnes conuenit, quod rostro sunt vehementer adunco, nec minus aduncis vnguibus, vt vel ex ipso corporis habitu possis intelligere, carniuoram esse

auem, quietis ac pacis inimicã, pugnis, rapinis, ac prædationib. natam. Et quasi parum sit carniuoras esse. Sunt & quæ ossifragæ dicantur, & sint. Sed hic protinus tacite mihi dicis optime lector, quid hęc imago ad regem, cuius propria laus est clementia, cumque plurimum possit, nulli tamen velle nocere, ac solum aculeo care e, seseque totum in populi sui commoditates impendere, adeo vt Niloxenus ille sapiens rogatus, quid esset vtilissimum, responderit rex, Id esse proprium veri principis indicans, vt quantum in ipso sit, nemini noceat, prosit omnibus, sitque magis optimus quam maximus. Quanquam non alia ratione potest esse maximus, nisi vt sit quam optimus, hoc est beneficentissimus in omnes. Equidem exemplar laudo non inscite depictũ à philosophis, & haud scio an eiusmodi principes administrent rempublicam in vrbe Platonica. Verum in annalibus multos quos reperias, ausis cum hac imagine componere. Quanquam est vnum aquilarum

genus, quod impense placuit Arist. fortassis ob id, quod talem optarit pullum suum Alexand. haud multo minus prędabundum ac vorax, at paulo tamen tum modestius, tum taciturnius, & omnino plusculũ habẽs humanitatis, quippe quod pullos suos etiam educet. Nã cæteræ faciunt quod impii solent parentes, qui fœtus suos exponunt, cũ tigrides etiã catulos tollant suos Atque eam ob causam γνήσιον appellant, quasi germanum acuere ingenuum dicas. Iã & viuacem esse aquilam, ab autoribus proditum est. Ea tamen cum ad extremam peruenerit senectutem, nihil adhuc sitit, nisi sanguinem, cuius suctu vitam omnibus inuisam prorogat, nimirum rostro superiore adeo increscente, vt carnes depasci non possit. Atque hinc ortum est adagium illud notissimum, ἀετȣ̃ γῆρας in senes ætate vinosiores, cum alioqui omne ferme genus hoc auiũ, quibus adunci sunt vngues, aut non bibant omnino, aut certe perquam raro, siquidem Arist. credimus. Et tamẽ hę si quando bibunt, aquã bibunt. Sola aquila sanguinẽ sitit. Ergo rostro intorto natura certe non semper nouerca, reliquis animantibus vtcunq; cõsuluisse videtur, & inexplebili voracitati modũ aliquẽ imposuisse. Quemadmodum & hac ratione prospexit, quod non sinat aquilã oua parere plura tribus, nec pullos alere plures duobus. Atq; adeo si Musei versiculo credimus, quem testem adducit Aristoteles. Ex-

cludit

cludit binos, edit terna, educat vnum.

Atq; per hos ipsos dies, quibus incubat, a. incubat ferme tricenos, naturæ prouidētia cibum illis negauit, inuersis interim & vnguibus, ne videlicet omnium ferarum fœtus rapiantur. Itaque per id tempus pennę albescunt inedia. Atq; hinc odium in fœtus proprios. Super hæc omnia, plurimos hostes opposuit vni. De quibus mox dicturi sumus. Atq; hanc naturæ sollicitudinem mirari desinet, cui persuasum sit esse verum, quod scripsit Plinius, prodigiosum quidem illud, & haud scio, an vel Democrito autore credendum, insatiabilis auiditatis argumentum, etiamsi ceu compertum & confessum narrant Plutarchus, autor cum primis grauis, Nempe aquilarum pennas quoque, si cæterarum auium plumis admisceantur, eas deuorare, ac paulatim extenuatas conficere. Tanta vis natiuæ rapacitatis. Equidem arbitror idem euenturum, si tyrannorum ossa cum plebeiorum ossibus commisceantur, ne sanguinem quidem

magis miſceri poſſe, quam Ægithi & Flori. Iam mihi num illud ſatis quadret in tyrannos, (non enim de noſtris huius, ſuperiorisue æui principibus, quos meliore è luto, benignus effinxit Iupiter, qui vere iuſti rectique cuſtodes, audiunt, & merito celebrãtur) vide. Aquilarum vnicum par, magno ad populandum tractu indiget, nec alterum in propinquo prædonem eſſe patiuntur, itaque ſpatia determinant. Porro tyrannis, quæ non anguſta ditio? Quam immenſum vſque propagandi regni ſtudium? Quanta cum finitimis aquilis, aut miluis de regni, hoc eſt, de prædandi terminis digladiatio? Verum illud fortaſſe non perinde congruit, quod auis hæc tantopere rapax, non tamen prędatur in proximo, videlicet ne vices iniuriarum, in ſuum aliquãdo caput retorqueantur, Sed è longinquo magis prædas in nidum cõuehit. Cum interim tyranni nec ab intimis temperent, nec à maxime cognatis ac domeſticis rapaces abſtineant vngues, imo hoc quisque magis ſit ob-

noxius periculo,quo tyranno ac fulmini propior. Atque insitam hanc & à parentibus ingenitā rapiendi famem,nonnihil auget & educatio. Quādoquidem aquilam ferunt pullos vix dum satis volucres,ad prædandum è nidis extrudere, quo statim & à teneris, vt aiunt, vnguiculis consuescant, rapto, suisq; ipsorum vnguibus viuere. At in plærisque tyrannis,deum immortalem,quam multi accedunt ad rapacitatem stimuli, præter corruptissimam educationem,tantū assentatorum examen, tot officiales perditi,tot corrupti consultores,tot stultissimi familiares, tot nequissimi congerrones,qui publicis incōmodis vel gratis delectantur.Adde his fastū,voluptates, luxum,delitias, quibus nullæ rapinæ satis esse possint.Adde stultitiam & imperitiam, qua nihil intractabilius, si cum felicitate copuletur. His itaq; rebus, cū vel benignissima corrumpi queant ingenia, quid censes futurum, si hæc ad auidam & improbā naturam, velut oleū ad caminum accesserint? Sed parū erat

instructa aquila, si tantum adunco rostro, si tantum aduncis vnguibus ad prędandum esset armata, nisi additi fuissent oculi plusquam lyncei, & nec ad clarissimum solem conniuentes, quo quidem experimento fœtus suos, an legitimi sint, explorare dicuntur. Itaque prędam quamuis è longinquo speculantur, quã destinent inuadere. Quinquam auium regi bini duntaxat sunt oculi, rostrum vnicum, vngues pauci, vẽter item vnicus. At tyrannis papæ, quam multæ sunt Coryceorum aures, quot exploratorum oculi, quod officialium vngues, quot prefectorum rostra, quot iudicum & aduocatorum ventres, fame prorsus inexplebili, vt neq; satis esse quicquam, nec tutum ab his esse possit, ne ea quidem, quæ in intimis penetralibus, aut abdissimis etiam scriniis sunt abstrusa. Veruntamen esset eadem fortassis aliquanto minus noxia, nisi ad arma dotesque corporis astus accederet ingenii, hoc est, nisi nocens per se ferrum, veneno tingeretur. Vngues suos quoties in-

greditur, contrahit, ne videlicet aciem deterat, minusque valeat in prædando, id quod habet cum leonibus commune. Neque quemuis impetit, sed eum duntaxat quo se credat viribus esse superiorem. Neque se repente præcipitem dat in terram, more cæterarum, cum prædam appetit, sed sensim demittet, ne impetu illisa offendatur. Ne leporem quidem (nam hunc maxime petit) aggreditur, nisi viderit in plana descendisse. Neque quouis grassatur tempore, ne quis opprimat fatigatam. Sed à prandio ad meridianum ad prædandum prouolat, reliquis horis ociosa sedet, donec hominum conuentu fora compleantur. Tum quod occiderit, non inibi statim deuorat, ne quis subitus hostium incursus, incautam deprehendat in præda. Sed exploratis prius ac subinde refectis viribus, prædam in nidum, velut in castra deuehit. Nam quibus artibus ceruum se præstantiorem capiat, mox dicetur. Illud in primis memorandū ingenii documentum, testudinem raptam, ex

alto,

alto, ſpeculata locũ idoneum, in ſaxum aliquod demittit, vt ad eum modũ rupta teſta, carne veſci poſſit. Quanquam in Æſchylo parum aquilinis fuit oculis, cum in huius albicantem caluariam, ſaxum eſſe rata, demiſſa teſtudine, miſerum occideret, vt vel ob hãc vnam cauſam, optimo iure poetis omnib. conueniat inuiſam eſſe. Atq; id quidem nunc aſſidue veluti ſuo iure facit. Cæterũ primitus teſtudinem dolis ad id pellexit, dum perſuadet illi futurũ, vt iſua opera, volandi artem perdiſceret. Atq; hac ſpe ſublatam in altum, deiecit in ſaxum, vt illius calamitatem tyrannico more verteret in ſuas delitias. Supereſt, vt cũ quibus potiſſimũ hoſtibus huic generoſo prædoni, res ſit, paucis exponamus. Nã verũ eſt illud, quod prouerbiis dicitur, Aquilam nõ captare muſcas, nec aſpicere Thriptas. Negligit, ſiqua pręda videatur regiis vnguibus indigna, niſi ſi quæ ſint cognatæ Veſpaſiano, cui viſus eſt lucri bonus odor ex re qualibet. Sunt enim & degeneres aquilæ, quæ piſcatu

vi-

viuunt, & quas non pudeat cadauer alienum tollere. Sed quæ generosiores sunt, quædam piratis ac latronibus concedunt, à quibus (vt nobilis ille dixit pirata) nihil differunt, nisi quòd ipsi maiore classe, maioreque manu, magnam orbis partem suis diuexant latrociniis, minutulas illas prædas accipitribus ac nisis relinquentes, cum quadrupedibus belligerantur, nec id sane sine periculo, nec rursum citra victoriæ spem, sicuti strenuo duce dignum est. Atque in his leporem potissimum, vt dixi, venatur aquila, vnde & leporariæ cognomen additum vni generi, perinde quasi ducem Britannicum, aut Germanicum appelles. Neque contemnit imbellem hostem, sed esculentum, vt etiam si parum gloriæ veniat ex victoria, non parum tamen auferatur emolumenti. At fit aliquoties, vt cum maxime leporem captat, tum maxime capiatur, icta pennato iaculo, dicatque prouerbium, quod illi ferimus acceptum. Τοῖς ἰδίοις πτεροῖς ἐναποθνήσκω. Audet & cum ceruo

con-

confligere. Inferior tamen futura, nisi vulpinam adderet pellem. Nam astu supplet,quod virib. diminutum. Commissurus cum hoste,prius in puluere volutat sese.Deinde cornibus insidens ceruinis, puluerem pennis collectum,in oculos spargit, alis ora verberans, donec exoculatum in rupes det præcipitem. Sed est eidem acrior, multoque magis anceps cum dracone pugna, etiam in aere.Draco maleficis artibus oua consectatur aquilæ. Illa vicissim hostem vbicunque visum rapit. Nam quod illi cum vulpe simultas est irreconciliabilis, nemo mirabitur, quisquis cognorit,quam olim regaliter illam acceperit.Inierat cũ vicina necessitudinem,cumque incumbenti pastus deesset, proxime catulos ĩn nidum sustulit.Reuersa vulpes cum spectaret indignam suorum laniationem, quod vnum poterat,testata deos est, atque inter hos præcipue Iouẽ φίλιον amicitiæ violatæ vindicẽ. Et audisse videtur iusta vota deus aliquis. Paucu'is post diebus euenit, vt aquila prunã carnibus

è sacrificio raptis hęrētem, in nidum deuexerit. Imprudens igitur absente aquila, igni paulatim ventis excitato, nidus cōflagrare cœpit. Pulli territi, præcipites se dedere, nimirum adhuc inuolucres. Vulpes delapsos excipit, & in cauū delatos deuorat. Ac post id quidē temporis, nihil omnino conuenit, inter aquilā & vulpem, quanquam id quidem non mediocri vulpinæ gentis malo. Quo tamen haud scio an dignę videri debeant, quę quondam leporibus συμμαχίαν aduersus aquilam petentibus, auxiliū negarint, vt refert in annalibus quadrupedum, ex quibus Homerus βατραχομυομαχίαν est mutuatus. Iam vero acre dissidium est, & cum vulture, velut homotechno, & edacitatis æmulo, tametsi hoc quidem nomine, vt crudelior, ita & generosior aquila, quod non deuorat animal, nisi quod occiderit, nec per ignauiam alienis insidit cadaueribus. Nā sittam iure habet exosam, quæ miris artib. aquilæ oua frangere studet. Pugnat & cum ardeolis, quod hæc auis vnguibus

fre-

freta,non vereatur eam aliquoties adoriri, adeo dimicans acriter, vt in conflictu emoriatur illa. Neque vero iam mirum, quod illi parum conuenit cum oloribus, aue nimirum poetica, illud mirum, ab iis ſæpenumero vinci tam pugracem beluam. Nec admodum gratũ eſſe cõſueuit poeticum genus male ſibi conſciis vtpote liberũ,& loquax,quodque cum Philoxeno in lapidicinas reduci malit,quam ſilere. Nam ſi quid dolet, id chartis illinũt atris, & regẽ malorum myſteria ad ipſos etiam poſteros euulgant. Nec cum gruibus ſatis conuenit, opinor, ob id, ꝙ illis impendio placeat Democratia,vehemẽter inuiſa monarchis. A quibus tamen ingenio ſuperantur. Etenim cum grues è Cilicia demigrantes montem Taurum aquilis plenum parant tranſmittere,ingentibus lapidibus,quo vocẽ cohibeant in os ſumptis,noctu tacite transuolant, atque ita deceptis aquilis tuto traiiciunt. Sed peculiaris quædam cum Trochilo (nam id eſt aui nomen ) ſimultas intercedit, non

ob aliud, vt autumat magnus ille ambulator nisi quod huic quoque reges ac βυλληφόρον nomen tribuitur. Idque potissimum apud Latinos. Proinde ceu regni affectatorem, extremo persequitur odio. Quanquam non is hostis est, cuius vires metuat aquila. Nam Trochilus imbecillis est ac fugax, solertia tamẽ & ingenio præditus, fruticetis & cauis abdit sese, vt quãuis à potẽtiore facile capi nõ possit. Quin olim cũ certamẽ volandi cũ aquila suscepisset, vicit astu magis quam viribus. Deniq; cum Cybindo bellum gerit internecinum, adeo vt sæpenumero cohærentes prendantur. Est autem Cybindus nocturnus accipiter. Nec tyrannis est vllũ hominum genus magis inuisum, quam horũ quia vulgi sententia longe lateque dissentientes, nimium acute cernunt per tenebras. Atq; in reliquis animantium ordinibus, aliis cum aliis partim bellum est, partim amicitia. Multos habet inimicos vulpes, attamen coruum habet amicum, cuius auxiliis aduersus Æsalon auem,

catulos ſuos diuexantem adiuuatur. Eidem bene conuenit & cum ſerpentibus cum æque cuniculis gaudeant. Crocodilus hoſtem habet Ichneumonem, ſed eſt cum Trochilo familiaritas, adeo vt illi liceat vel in ipſis beluæ fauces impune penetrare. Vni aquilæ, cũ nullo prorſus animante, nec amicitia, nec affinitas, nec ſodalitas, nec conſuetudo, nec fœdus, nec induciæ, hoſtis eſt omnibus, & neminem non habet hoſtẽ. Si quidem non poteſt non omniũ eſſe hoſtis qui omnium malo viuit ac ſaginatur. Proinde ſibi conſcia, non nidulatur in plano. Sed in præruptis & excelſis rupibus, aliquoties & arboribus, ſed præaltis, videl. tyrannicum illud ſecũ voluens, oderint dum metuant. Proinde cũ Ciconiæ ſacræ ſint Ægyptiis, adeo vt occidiſſe ſit capitale, Apud Romanos ſacri Anſeres, Miluiis apud Britannos nemo noceat, Suibus parcãt Iudæi, nec Delphines venabantur antiqui, neque lædere fas erat. Sed ſiquid in venatu peccaſſent, pauculis modo plagis puerorum more caſtiga-

bantur. At in aquilas vbique gentiū eadem eſt lex, quę in lupos vt præmium ſit, qui communem omnium hoſtem occiderit. Ergo nec amat vllum, nec amatur ab vllo animante aquila, leonem animal tam immane retuliſſe gratiam homini de ſe benemerito, & vitam dediſſe, a quo pedis ſanitatem acceperat prope creditum eſt ab omnibus. Draconem ſeruaſſe nutricium ſuum, & ad agnitam vocem accurriſſe, credunt permulti. Quin & aſpidem, ad menſam cuiuſdam quotidie ventitare ſolitam, vbi ſenſit ab vno catulorum ſuorum hoſpitis filium interemptum, eum occidiſſe, violatiq; hoſpitii pœnam & de ſuo partu ſumpſiſſe, neque præ pudore deinde in eas ędes reuerſam, retulit Phylarchus, neque deſunt, qui credant, ſcribendum exiſtimauit Demetrius Phyſicus, recenſendum Plinius. Item Pantheram ob catulos eductos è fouea, hominem officioſe produxiſſe, donec egreſſus ſolitudines in viam publicam rediſſet. Ariſtophani grammatico puellam Stephano-

polidem adamanti, riualis erat elephantus. Eamque rem, vt omnibus notissimam, & omnium sermone celebratam retulit Plutarchus. Apud eundem Draco quispiam perdite amat puellam Ætolidem. Nam delphinum erga homines amor, erga Arionem seruatum, erga Hesiodum in litus deuectum, & virginem Læbiam cum amatore seruatam, erga puerum vectum & reuectum officium, propemodum in confesso est. At virginem ab aquila adamatam, nec hi credunt, qui credunt omnia. Nam fatale quoddam huius, & in homines odium, vel hinc colligis licebit, quod Prometheo, deorum omnium φιλανθρωποτάτῳ addita sit in caucaso carnifex. Et tamen in tam multis vitiis est, quod laudare possis. Minime bibaces sunt, minimeque salaces, quæ maxime sunt rapaces. Nam quod Ganymedem rapuit aquila, Ioui rapuit, non sibi. Et quidem ei ob dotes, quas commemoraui, ob tam egregia, in omne ani man-

tium

trium genus merita, senatus populusque poetarum, magno consensu decreui, Primum, vt rex omnium, atque etiam θεῖος, id est, diuinus appellaretur. Deinde satis honestum inter sydera locum dederunt, ac stellulis aliquot insignierunt. Postremo munus inter cœlites honorificum mandarunt, vt solus arma ministret irato Ioui, quibus orbem commouet vniuersum. Quoq; id impune possit, illud quoque tribuerũt, vt vna animantium nec metuat fulmen, nec lædatur à fulmine, sed iisdem oculis fulmen emicans obtueatur, quibus aduersum aspicit solem. His addiderunt sapientissimi Romani, vt in legionum suarum vexillis, primas teneret aquila, essetque vexillorum ipsorum ceu vexillifera, posthabitis etiam lupis, Romanæ gentis nutriciis, posthabitis Minotauris, & apris, non extremæ rapacitatis beluis, posthabitis deniq; & equis. Nã his quatuor animantibus insignita vexilla, quondam aquilam sequebantur. Paulo post, nec comites eos est passa,

ſed illis in caſtris relictis, ipſa ſola prodibat in prælium. Hanc inquam vnam dignam cenſuerunt, quæ totius orbis monarchæ, ſceptra, ſigna, clypeos, domos, veſtes, vaſa, miniſteria decoret, cũ tamen vulturum, ni fallor, augurio conditum ſit Romanum imperium, non aquilarum. Addidit hoc augurum collegium, vt ſi cuius ædibus inſederit aquila aut ſi pileum in caput alicuius immittat, imperium portendatur. Habes è ducibus alterum, nunc ad Scarabeum veniam. Eſt animal, ac vix etiam animal, quippe cui ſenſus aliquot deſint, ex inſectorum infima gente, quod infami ſane vocabulo, Græci κάνθαρον, Latini Scarabeum appellant, aſpectu tetrum, odore tetrius, ſonitu teterrimũ, alis cruſtacea vagina obtectis. Quin magis totus ipſe Scarabeus nihil eſt, niſi cruſta. Naſcitur in excrementis, hoc eſt, animantium ſtercoribus, in iiſdem viuit, verſatur, oblectatur, delitiatur. Præcipuum huic ſtudium, pilas quam maxime poteſt ingentes componere, ceu pa-

ſtillos,

ſtillos, non ex odoribus, ſed ſtercore, potiſſimum caprino, nam id illi, prorſus amaricinum olet. Eas miro conamine voluit auerſis pedibus poſterioribus, quos habent lõgiores, ſuperne iniectis, capite in terram prono. Quod ſi quãdo contingat, vt aduerſus collem aliquem onus protrudant, elapſis ſubinde pilis, ac deorſum recurrentibus, putes te Siſyphum voluentem ſaxum videre. Nec defatigantur, nec conquieſcũt. Tantus operis ardor, donec in antrum ſuum deuexerint. In his pilis, vt ipſi nati ſunt, ita fœtus etiam ſuos educãt, & teneros adhuc aduerſus hyemis rigorem nidulantur ac fouent. Equidem ſcio nulli non eſſe notum Scarabeum, vt qui paſſim ſit obuius, niſi ſicubi nulla omnino ſunt ſtercora. Sed non eſt eadem omnium ſpecies. Etenim ſunt quibus nigro quodam virore luceat cruſta. Plerique tetro nigrore horrent. Sunt nonnulli grãdiores, prælongis ac biſulcis armati cornibus, cacumine forcipibus dentato, et cũ viſum eſt, ad morſum contrahunt, ſtrin-

guntqu. Sunt item rutuli, & iidem pręgrandes, qui terram aridam fodiunt, atque illic nidos ponunt. Sunt qui metuendo bombo formidabiliq; strepitu prouolent, vt imprudentem non mediocriter territent. Sunt & alia formarum discrimina. Verum illud commune est omnibus. E stercore ortus, è stercore victus, in stercore vita deliciumque. Iam opinor futurum, vt aliquis aquilæ vicē deploret, cui cum tam humili, tamque plebeio hoste res inciderit, aui tā regali, quem vincere gloriosum non sit, à quo vinci turpissimum, & cui abunde multū laudis contingat, quod cum aquila decertarit, etiam si victus discesserit. Apud poetas pudet Aiacem Vlyssis aduersarii tam imbellis, & aquila cogitur cum Scarabeo confligtari? Rursum alius magis etiam demirabitur, vnde huic insecto vilissimo, tantum animorum, tantum audaciæ, vt non sit veritum cum aue multo pugnacissima bellum suscipere. Tum vnde opes, vires, facultates, auxilia, vt tot iam annos bellum ducere po-

tuerit.

tuerit. Verum si quis hunc explicet Silenum, & contemptum hoc animalculũ propius ac veluti domi contempletur, tam multas in eo dotes haud vulgares animaduertet, vt omnibus diligenter pensitatis, propemodum Scarabeũ etiam maximis dignum laudibus sit iudicaturus. Ne vero mihi reclamet & obturbet quisquam, prius, atq; rẽ cognouerit. Primum in hoc aquilæ præstat etiam Scarabeus, quod senectam quotannis exuit, ac subinde repubescit. Deinde in tantulo corpore, quantum animi robur, quam heroica mentis vis, quantus ad inuadẽdum impetus, vt nihil iam sit ad scarabeum Homerica musca. Nam hinc, ni fallor, quibusdam nomẽ etiam inditum, vt tauri dicantur. At cum tauris nec leones temere congrediuntur, tantum abest vt id faciant aquilæ. Iam vero nec ingeniũ vulgare, nisi quis fine causa, vel natũ olim, vel vbiq; celebratũ existimet, Græcum illud prouerbiũ κανθάρου σοφώτερος, quo nimirũ singularis quædã & incõparabilis tribui videtur sapiẽtia.

Neque mea refert, ſiquis cauilletur eam parũ bene habitare, in domicilio deformi. Quanquam quod ad corporis quoque formam attinet, abſit modo vulgaris & iudicium occupãs imaginatio, non eſt quod cõtemni poſſit Scarabeus. Etenim ſi vere proditum eſt à Philoſophis eam figuram, quam vocant ſphæricam, non modo pulcherrimam eſſe, verum etiam modis omnibus optimam, nec aliam magis demiurgo illi placuiſſe, qua cœlum hoc, rem omnium multo pulcherrimam fabricaretur, cur non & formoſus videatur Scarabeus, qui ad huius ſpeciem propius accedit. Denique ſi equus in ſuo genere formoſus eſt, ſi canis in ſuo, qui minus in ſuo placeat Scarabeus? Niſi omnes omnium formas noſtra metimur, vt quicquid ad hominis formam non acceſſerit, id cõtinuo deforme iudicetur. Nam colorem Scarabei nemo puto calumniabitur, vt qui gemmas etiam nonnullas commendet. Porro quod animantium excrementis, ad ſuam commoditatem abutitur, ingenii laus eſt, non crimen. Quaſi vero non idem faciant medici, qui cum multorum animantium, tum hominis etiam excrementa, non illinunt ſolum, verum in potione miniſtrant in morbis. Nec pudet Alcumiſtas, viros plane diuinos, ad quintam illam eſſentiam eliciendam vti fimo. Nec agricolas (quo quidem hominum genere nullum fuit olim honoratius) ſtercoribus arua ſaginare. Sunt

re. Sunt & populi, quibus ad incrustandos domiciliorum parietes, fimus pro gypso est. Eodem contuso & ad solem exsiccato, ad ignis alimentum vtuntur lignorum vice. Cyprii boues suos humano stercore saginant, nec saginant tantum, sed etiam medentur. Sed illis, inquis, res tam putida bene olet. Stultum vero sit nasum hominis in Scarabeo desiderare. Siquidem id homini peculiare, odore sui fimi offendi. Nec idem accidit in vllo cæterorum animantium. Felicior itaque nobis Scarabeus, non immundior. Quanquam homines quoque non tam res offendit quam opinio, nam priscis illis mortalibus, res ipsa non perinde atque nobis visa est abominanda, quam auspicatissimo vocabulo letamen appellarunt. Nec dubitarunt Saturno deo, Sterculei cognomen addere, nimirum honoris causa. Siquidem Macrobio credimus Nam prodidit Plinius stercuto Fauni filio, hinc non nomen solum, verumetiam immortalitatem contigisse, in Italia. Porro in Græcia res eadem duobus regibus summam peperit gloriam, Aggæo qui excogitarit, Herculi qui diuulgarit. Denique nunquam abolebitur regii senis memoria, quem Homerus manibus suis lætificātem agros, nec alia re, quam qua delectatur Scarabeus, posteritati consecrauit. Imperatorem Romanum nihil offendebat lotii putor, cum emolumento coniunctus, cur Scarabeum à tantis com-

moditatibus tam leue deterreat incommodũ, vt iam demus incommodum esse. Equidem huic etiam nomen inditum arbitror, vt κάνθαρος, veluti καθαρὸς sit appellatus, nisi siquis malit à centauris dictum cantharum. Nam ne putes Scarabeum ob naturam sordidam à lauticiis abhorrere, idem rosis impensissime delectatur, easque vnice appetit, Siquidem Plinio credimus. Quod si quis forte dotes has leues ac vulgares existimet, illud certe nemo non fatebitur magnificum, & ingenti crista dignum, quod antiquitus inter sacras imagines, & in vatum mysteriis cum primis habitus est Scarabeus, egregii bellatoris aptissimum symbolum siquidem vt refert Plutarchus in commentario de Iside & Osyride, In Hieroglyphicis Ægypticorum picturis, regis simulacrum erat oculus, addito sceptro, quo videlicet vigilantia, cum recta iustaque rerum administratione coniuncta, significabatur Nam illis, opinor, temporibus adhuc eiusmodi reges erant, multum aquilæ dissimiles. At Thebis, ait idem imagines quasdam fuisse repositas, quæ manibus carerent. Eæ iudices repræsentabant, quos oportet ab omni munerum corruptela quam maxime seiunctos esse. Atque inter has vnam oculis quoque carentem, quæ iudicii præsidem adumbrabat, quod hunc oporteat omni prorsus affectu vacare, tantumque rem ipsam spectare, perso-

nam

nam non respicere. Aderat, non Corchorus inter olera, quod prouerbio dicunt, sed inter sacras imagines Scarabeus, sigillo insculptus. Et quid tandem per hoc nouum symbolum nobis innuebant sapientissimi Theologi? Rem videlicet haud quaquam vulgarem, Nempe belli ducem egregium & inuictum. Nam hoc quoque Plutarchus indicat, ne quis sic à me confictum existimet, quemadmodum allegorias aliquoties comminisci solent indocti Theologi. At dixerit imperitior aliquis, Quid Scarabeo, cum duce belli? Permulta sane congruunt, Principio vides vt totus armis luceat Scarabeus, nullaque pars corporis sit, nõ diligenter crustis ac laminis communita, vt non melius armatus videatur Mauors Homericus, cum illum maxime sua instruit panoplia. Adde nũc militarem assultum cum horrendo ac panico pombo, cantuque vere militari. Quid enim insuauius classicorũ sonitu: Quid ἱμυσόπτερον tympanorum strepitu? Adde laboris in voluendis oneribus patientiam, inuictum animi robur, ac vitæ contemptum. Ad hæc negant in Scarabeorum gente fœminam inueniri, sed omnes esse mares. Quæso, quid magis congruere potest in fortem imperatorem? Quin & illud ad rem apte quadrat, vt idem indicat Plutarchus, quod in delicatis illis pilis, de quibus dictum est, fœtus suos edunt, fouent, alũt, educãt, nec

alius est locus nascendi quam cibi. Verum hoc mysterii mihi non facile sit interpretari. Rectius exponent imperatorii milites; qui norūt quid sit ἐν ἀσπίδι ξενίζεσθαι, qui norūt χαμευνίας, qui in obsidione nudi duras hyemes, duriorem famem sæpenumero pertulerunt, qui vitam ægram, non iam herbarum radicibus, sed fœdo victu produxerunt, qui menses aliquot in nauibus exegerunt. Siquis huius vitæ sordes perpendat, mundus erit Scarabeus, si quis miseriam, est quod Scarabeo inuideat. At hæc est laudatissimorum imperatorum sors & conditio, ne quis forte contemnat. Denique non vsquequaque contemnendum existimabit Scarabeum, quisquis secum reputarit, magos ac medicos, maximis hominum malis ab hoc animāte remedia petere. Siquidem cornua Lucanorum (sic enim appellant hoc genus) non modo gestantur in crumena, verumetiam de collo suspenduntur, nonnunquam & auro inclusa, aduersus omnes infantium morbos. Quid quod in efficacissimis vixque credendis remediis, ni Plinius autor esset, parem cum aquila vim obtinebit Scarabeus? Siquidē ὁ δεινὸς ὀκνεῖος Scarabeus, Smaragdo gemmæ insculptus (nec enim è quouis ligno fingitur Mercurius, iuxta prouerbium, nec quamuis gemmam se dignatur Scarabeus) sed Smaragdo gemmarum omnium nitidissima expressus, vt dixi, si de collo suspendatur, at non nisi Cyno-

cephali

cephali capillis, aut certe plumis hirundinis, aduersus omnia veneficia præsentaneum adfert remedium, nec omnino minus efficax, quam Moly quod Vlyssi quondam dedit Mercurius. Nec solum aduersus hæc valet, verumetiam non vulgariter confert, si quis quocunque modo regem adire patet, vt huiusmodi anulus in primis gestandus sit iis, qui constituerunt à rege sacerdotium aliquod non ieiunũ, aut archidiaconatum, aut episcopatum (sic enim vocant) petere. Idem capitis grauedinem auertit, non mediocre per iouem malum, præsertim potoribus. In his igitur tam mirandis remediis, sapientes illi magi, nullum faciunt discrimen, inter aquilam & Scarabeum. Proinde quis ipsum Scarabeum despiciat, cuius & imago lapillis insculpta, tantam habet vim? Admonet me gemmarum mentio, vt illud etiam adiiciam, si quid aquila sibi placet cognomine gemma aetite, nec hac cedere Scarabeũ. Nam huic quoque nomen debet cantharias totam animantis speciem mire referens, vt non effigiem expressam, sed viuum ac verum Scarabeum intra gemmam conditum dicas. Postremo si quid hoc ad rem pertinet, non paucioribus adagiis nobilitatus est ille fimo prognatus Scarabeus, quam rex auium aquila. Nam si quis aquilæ factioni studens, neget hac parte cum ea conferendum esse Scarabeum, quod olim apud Thebanos crassos homi-

nes inter numina habebatur, non admodum refragabor, modo meminerit hoc honoris, aquilæ cum Crocodilis, & Cercopithecis, denique & cum Cepis ac ventris crepitu eſſe commune, quandoquidem apud Aegyptios hæc omnia portenta, diuinos honores inuenerunt. Et ſi quo calculo dignum eſt, in hac collatione numinis inane vocabulum, non defuerunt, qui Scarabeo quoque tribuerint diuinitatem. Vtrumque ducem vtcunque depinximus Supereſt iam, vt tam atrocis belli cauſas repetamus. Olim in Aetna monte leporem quempiam inſectabatur aquila, iamque contractis vnguibus prædæ ſic imminebat, vt afflatu propemodum exanimatum animal, & alioqui timidum, ad proximum Scarabei cauum, velut ad aſylum confugerit Quandoquidem in rebus deſperatis, extremoque diſcrimine, præſidium vndelibet, & petitur & ſperatur. Erat autem is Scarabeus, quemadmodum inquit Homerus, ἠΰς τε μέγας τε, Nam in eo monte Scarabeorum natio, feliciſſimæ ſobolis eſſe perhibetur, adeo, vt hinc ὁ αἰτναῖος κάνθαρος, prouerbio ſit nobilitatus, videlicet ob inſignem corporis magnitudinem. Ad huius igitur antrum confugiens lepus, ſupplex ad eius genua ſe præuoluit, obſecrans atque obteſtans, vt ipſius penates, ſibi vitæ præſidio

ſint

sint aduersus hostem immitissimum. Iam primum hoc ipso sibi nonnihil placebat Scarabeus, quod extitisset, qui sibi suam vitam debere vellet, quique rem tantam à se præstari posse crederet. Denique cui suum antrum quod omnes homines obturatis naribus execrantes prætenire solent, idoneum videretur, ad quos salutis causa velut ad sacram aram, aut principis statuam confugeret. Confestim igitur prouolat obuiam aquilæ Scarabeus, & huiusmodi dictis furentem lenire conatur. Quo maior est tua potestas, hoc magis conuenit te parcere innoxiis. Noli lares meos innocentis animantis interitu funestos reddere Sic tibi tuus nidus semper ab huiusmodi calamitate sit immunis. Generosi regiique animi est, dare veniam & indignis Prosit nihil commerito, domicilii reuerentia, quod cuique tutum & inuiolatum esse vult æquitas, sinunt leges, approbat consuetudo, prosit deprecantis, si non autoritas, certe studium. Quod si genus nostrum, & scarabeia despicis arma, at sperato deos memores fandi atque nefandi. Si nihil te mouent penetralium violatorum vices, in tuum caput aliquando rediturae, certe Iouem maximum reuereare, quem in vno facto ter offendes. Meus est hic hospes, offendes ξένιον, meus est supplex, & ipse pro illo tibi, violabis ἱκέσιον.

Denique

Denique pro amico, deprecor amicus, offendes φίλιον. Scis quam certas iras concipere soleat irritatus Iupiter, quam acriter vindicet lacessitus, qui seuienti ministras arma. Nec omnia permittit suis, nec omnia condonat affectibus. Sed plura parantem dicere Scarabeum, aquila vexatum alis, contemptim in terram præcipitat. Leporem frustra supplicem, sub oculis Scarabei crudelissime iugulat, laniatque, laniatum in immitem nidum deportat, neque vel tantillum valuerunt apud eam nec preces, nec minæ Scarabæi, quem tamen haud aspernata fuisset, si quantum audacia viribusque pollet, tantundem polleret prudentia, aut si in mentem venisset, olim leonem in extremo vitæ discrimine, à mure seruatum fuisse, & omnium quadrupedum tyranno, quod dii vix dare poterant, id à tam infirmo contempto, quod animalculo per occasionem datum esse, si cogitasset formicam beneficio prouocatam, columbæ vitam dedisse, admorso aucupis calcaneo Adeo nullus est tam humilis, tam abiectæ sortis, qui non possit per occasionem, & prodesse amicus, & nocere inimicus Verum id temporis nihil horum succurrebat aquilæ, tantum præsenti præda potitur, fruiturque. Ea contumelia descendit altius, in pectus magnamini Scarabei, quam quisquam credidisset, stimulabat excelsum ac Titanicum animũ, hinc pudor, quod in causa

tam æqua, parum sua valuisset autoritas, hinc misericordia, quod innoxium animal & imbelle, tam immaniter esset laniatum. Hinc dolor, quod ab aquila tam ferociter, atq; id tam impune contemptus esset, haudquaquam, vt sibi videbatur contemnendus. Siquidem nulli sua leuis est autoritas. Iam succurrebat & illud, fore, vt vniuersum Scarabeorum genus in contemptum veniret, si semel id factum aquilæ cessisset impune. Actum quidem temporis, quoniam vlciscendi facultas non erat, omnino regium quiddam exhibuit Scarabeus. Nēpe hoc ipsum, quod de Agamemnone cæterisque regibus dixit, Calchas. *Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ. Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ ἐν στήθεσσιν ἑοῖσι.* Omnes igitur artes, omnes dolos, in pectus aduocat. Nec vulgarem molitur pœnam, internecionē, ac plane *πανολεθρίαν* in animo voluit. At cum ipsa quidem aquila hoste tam bellaci, Martem experiri, non satis tutum esse ducebat, non solum ob id, quod copiis esset inferior, verum etiam quod Mars stupidus deus, ac vecors, nec minus cœcus quam ipse Plutus, aut Cupido, plærumque faueat, causæ deteriori. Quod si maxime par viribus fuisset, si felicius pugnarent ii, quorum melior esset causa, tamen esse videbat, in quo grauius excruciaret aquilam & odium suum pleniore vindicta satiaret, si posteritate sublata, viuam etiam & sentientem

aquilam longa morte exanimaret. Nulla in re grauius discruciantur parentes, quam in liberis. Adeo vt qui sui corporis sæuissimos negligunt cruciatus, filiorum tormenta non ferant. Viderat asinos per ignes obiectos, miro vitæ contemptu, pullis suis succurrere, viderat exempla huius animi in animantibus permultis. Existimabat ab his communibus affectibus, non esse alienam aquilam. Denique suo generi tutius esse iudicabat, si inimicum tam pertinacem ab ipsa (quod aiunt) stirpe perdidisset. Audierat, opinor, celebratum illud prouerbium, Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας, παῖδας καταλείπει. Atque vt dolor non solum fortes facit & intrepidos, verumetiam sagaces, diligenter explorat, quo loco spem suæ posteritatis hostis recondidisset. Quo peruestigato, Vulcanum adit, qui cum illi nonnulla familiaritas est, ob coloris similitudinem. Exorat, vt arma sibi cudat, quæ neque sint onerosa volanti, & tamen aduersus mediocrem vim tueantur. Armat à summo vertice ad imum vsque calcaneum Vulcanus Scarabeum, his armis quibus adhuc vtitur, nam antea muscarum more inermis erat. Nidus erat procul illinc semotus, in excelso præruptoque scopulo, multa sarmentorum ac stipularum vi congestus & communitus. Huc mihi protinus egregius Scarabeus aduolarit, ne an adrepserit, parum liquet, certe peruenit. Sunt qui dicãt tũ

cum pennis aquilæ feriretur, adhærentem clanculum ab insciente aquila in nidum deportatum esse. Et quo nec homines, quibus non est aliud animal insidiosius, nec ad nocēdum ingeniosius peruenire potuissent, eo penetrauit Scarabeus. Inter stipulas in insidiis abdit sese, ac tempus idoneum nactus, aquilæ oua protrudit è nido, aliud post aliud, donec nullum reliquum faceret. Ea delapsa, comminuta sunt, ipsi pulli informes adhuc miserabiliter in saxa elisi, prius orbati vita sunt, quam vitæ sensum accepissent, nec hac tam atroci pœna contentus fuit, Scarabei dolor. Est gemma cum primis nobilis, quam ab aquilæ nomine Græci vocant Aetiten, non dissimilis est ouo, sexu quoque distinguitur, nam in fœmina fœtum inclusum inuenias, pulli propemodum specie. Mira vis, ad eliciendum partum. Quamobrem hodieque parturientibus admouetur, quo partum acceleret. Huius itaque generis par, aquila solet in nido suo ponere, alioqui nunquam positura oua, aut certe non exclusura pullos. Tantum etiam thesaurum deiicit è nido Scarabeus, quo pariendi facultatem & in posterum eripiat, lapides acutis excepti saxis minutatim dissiliere. Ne hæc quidem adhuc satis visa sunt iræ Scarabei. Leuem calamitatem putat, nisi dolore quoque ac lamentis hostis frueretur, itaque rursum abdit

ſe penitus in ſtipulis. Redit aquila, nouam ſui generis cladem conſpicatur, videt ſua viſcera tot fœtibus diſcerpta, videt nobilis gemmæ non æſtimabilem iacturam, queritur, clangit, fremit, ſtridet, e ulat, obteſtatur deos, ac ſuis illis oculis, quos iam dolor etiam acuebat, hoſtem tam potentem circumſpectat. Atque omnia potius in mentem veniunt reputanti, quam Scarabeus ille contemptus. Dira minatur, dira precatur, ei quiſquis tantæ calamitatis fuiſſet author. Quantam interea voluptatem animo perſenſiſſe credis Scarabæum dum hæc audit? Quid faciat miſera? Rurſum in fortunatas inſulas illi deuolandum fuit, neque enim aliunde importatur ἀετίτης. Alterum par inueniendum, Nidus in locum multo ſemotiorem editioremque transfertur. Rurſus oua ponit, & huc nihilo ſecius ignotus hoſtis penetrat, populatur omnia, totam ſuperiorem renouat Tragœdiam. Rurſum hinc in tutiorem arcem demigrat, alia deponit oua, alios adhibet Aetitas. Rurſum adeſt Scarabeus. Nec modus, nec finis fugiendi atque inſequendi, donec delaſſata tot cladibus ales, conſtituit ſacram mouere ancoram, ac ſuis diffiſa viribus ad deorum præſidia confugere. Iouem adit, exponit calamitatis ſuæ Tragœdiam, hoſtem tam potentem eumque, quod eſſet grauiſſimum, ignotum, vt tanta paſſæ, facultas etiam vlciſcendi eriperetur. Addit hanc ſuam

perniciem, ad ipsum quoque Iouem pertinere, periturum imperij munus, quod ille donasset, mutādum armigerum, si quemadmodum instituit hostis pergeret, esse nonnihil assuetis ac notis vti ministeriis, etiam si id in suffecto Ganymede feliciter successisset. Mouit Iouem satellitis sui periculum, præsertim cum recens rapti Ganymedis officium hæreret animo. Iubet, vt si videatur, in suo ipsius sinu deponat oua. Aut illic, aut nusquam omnino in tuto futura Paret ales, ac in summi Iouis sinu extremam gentis suæ spem deponit, multum obtestata per felicissima illa oua, quæ quondam illi Leda pepererat, vt sua oua bona fide tueretur. Quid non efficit pertinax animi dolor? Vereor ne cui res supra veri fidem esse videatur. Ad ipsam summi Iouis arcem inuictus subuolat Scarabeus, haud scio, an numinis alicuius fauore adiutus Pastillum in hunc vsum è stercoribus paratum, in sinum illius demittit. Iupiter vt est sordium insolens, quippe in purissima mundi parte habitans, & à terreno contagio longissimo semotus interuallo, dum offensus teterrimo odore, fimum è sinu studet excutere, oua aquilæ deiicit imprudens, quæ videlicet ex alto delapsa, perierunt, & priusquam terram contingerent. Atque ita tandem cognitus est, ille tot cladium artifex, & hoc ipsum voluptatis cumulum addidit Scarabeo, Iuuit agnosci. Contra aquilæ (nam rem gestā

ex ipso

x ipso didicit Ioue ) non mediocre doloris ondus adiecit, tam contemptus suæ calamiatis author. Quandoquidem est hoc nonnulum mali solatium, si quis à magno superetur oste. Hinc velut de integro dirum inter eos oortum bellum, aquila pro viribus vbicunque conspectam Scarabeorum gentem vexat, apit, proterit, perdit. Vicissim Scarabeus in aquilæ perniciem neruos intendit vniuersos. taque prædandi, insidiandi, iugulandi, nec nora, nec requies, nec vllus omnino finis futurus videbatur, nisi vtraque gente pariter, ublata funditus, vt Cadmeam victoriam diceres adeo gladiatoriis animis, vterque in alerum affectabat viam. Nec vinci poterat aquila, neque cedere nouit Scarabeus. Tandem upiter in tantis rerum periculis succurrendū utat, conatur priuatim inter eos rem comonere. Quo magis conatur, hoc magis horum incrudescit odium, gliscunt iræ, feruescūt pugnæ. Et erat ille quidem haud dubie, proensior in aquilæ partem, sed è diuerso moue. at exemplum longe perniciosissimum, si cui icuisset, impune ἱκετήσιον, φίλιον aut ξένιον contemnere. Proinde facit, quod in extremo rerū discrimine solet, Deos in concilium aduocat, pauca prælocutus, rem, vt est gesta, proponit. Præconio Mercurii fit dicendi potestas, rogantur ac dicuntur sententiæ. Variatum est studiis, Dii contemptiores fere fauebant Sca-

rabeo,

rabeo, ex maximis etiam Iuno vehemẽter huic stidebat, nimirum odio Ganymedis aquilæ rebus infensa. Tandem in hoc senatusconsultum pedibus itum est, quod arguta voce pronunciauit Mercurius, Vulcanus in æs incidit, vti bellum æternum Scarabeus & aquila suo gerant arbitratu. Quod cuique acciderit incommodi ob id in ius vocare non liceat, bello imputetur. Quod quisque rapuerit id iure belli possessurum, tantum non placere, Diis internetionem vllius gentis. Proinde triginta dies per quos incubat aquila, temperetur à manibus seruentur induciæ. Nec fas sit Scarabeis, per id tempus in publicum prodire, ne videlicet ad inediam, ac fouendi laborem, belli quoque tędium accederet aquilæ. Sic ait, & totum nutu tremefecit Olympum. Adfremebat omnis deorum consessus.

FINIS.

